 ita ostendit . . . Nam ad galatas scri-  
 bens sic ait. priusquam enim uenisset  
 fides sub lege custodiabamur. con-  
 clusi in eam fidem quae reuelanda  
 erat. atque lex pedagogus noster  
 erat in xpo ihu. ut ex fide iustifice-  
 mur . . . At ubi uenit fides. iam non su-  
 mus sub pedagogo. omnes enim filii di-  
 estis per fidem ihu xpi . . . Et tunc ego  
 inquit per legem legi mortuus sum.  
 ut do uiuam xpo. confixus sum cruci.  
 uiuam autem iam non ego uiuam in me  
 xps . . . Quod autem nunc uiuam mor-  
 ne in fide uiuam filii di . . . & uiam in  
 huiusmodi absit gloriari nisi in cruce  
 dñi in ihu xpi per quem mihi mun-  
 dus crucifixus est & ego mundo . . .  
 ad romanos uero ita ait . . . frs  
 mei uos estis mor-  
 tificati legi per cor-  
 pus xpi. ut sicut salternus quae mor-  
 tuus resurrexit . . . Et uos uos lex inquit  
 sps uite liberauit me a lege peccati  
 & mortis. finis enim legis xps ad ius-  
 titiam omnium credenti . . . Ad ephesi-  
 os quoque sic ait . . . Vos cum essetis  
 mortui delictis & peccatis suis iniqui

bus aliquando ambulastis secundum  
 seculum mundi huius. secundum  
 principem potestatis aeris huius. ipsi  
 qui uic operatur in filios diffidentie.  
 in quibus & nos omnes aliquando  
 conuersati sumus in desideriis car-  
 nis. facientes uoluntates carnis  
 & cogitationum. & eramus natura  
 filii. sicut & ceteri. De autem  
 qui diues est in misericordia prop-  
 ter nimiam caritatem suam qua  
 dilexit nos. & cum essemus mortui  
 peccatis conuiuificauit nos xpo.  
 cuius gratia estis saluati. Et te-  
 rum propter quod memores estote  
 quod aliquando uos quieratis gen-  
 tes in carne qui dicimini prepu-  
 tium ab ea que dicitur circumcisi-  
 o in carne manufacta. qui era-  
 tis in illo tempore sine xpo alienati  
 a conuersatione israel. & hospites tes-  
 tamentorum. promissionis spem  
 non habentes & sine do in hoc mun-  
 do. Nunc autem in xpo ihu. uos  
 qui aliquando eratis longe. facti  
 estis prope in sanguine xpi. Ipse  
 est enim pax nostra qui fecit utraque  
 unum. & in eum pariter in uic-  
 cheriae soluens inimicitias in car-  
 ne sua. Legem mandatorum

& iras euacuans. ut duos conderet  
 in se & ipsum. in unum nouum  
 hominem faciens pacem. & re-  
 conciliens ambos in uno corpore  
 do per crucem interficiens inimi-  
 citias in se & ipso. & ueniens cum  
 gelizauit pacem uobis qui longe  
 fuistis & pacem his qui prope.  
 quod autem dicit iudith post mor-  
 tem uir sui iam annis tribus & men-  
 sibus sex. relictam esse uiduam. sig-  
 nificat ecclesiam a mundi in lege  
 bris destitutam sancti trinitatis fide.  
 & bonorum operum habere per-  
 fectionem. quae in superioribus  
 domus sue fecit sibi secretum cubicu-  
 lum in quo cum puellis suis clausa  
 morabatur. Cum marce men-  
 tis sue firmam posuit custodiam  
 ut non per diuersa uanis deflueret  
 desiderus. sed cum cogitationibus  
 mundis incontaminatam se in con-  
 spectu sui seruari & conditoris. &  
 haec habebat super lumbos suos cili-  
 cum & circumabat omnibus dieb.  
 quia per continentiam uitae &  
 mortificationem uoluptatum ter-  
 rena in se crucifixit desideria.  
 & concupiscentias carnis restringebat.  
 fuerunt sollempnitatibus.

& subbato ammarum in caelesti regno omnimodo se praeparans. ubi pro praesenti tribulatione cum sanctis angelis plenum perceptum est gaudium. . . Cum uero suus reliquerat diuitias multas & familiam copiosam ac possessiones armentis bouum & gregibus ouium plenas. quia siue ex ueris legis instructione siue etiam ex philosophiae doctrinae institutione. cum mortalibus disciplinis multiplices opes sibi ac ecclesiae ad christum ueniens reseruabat scientiae. hic & doctor gentium se gloria bat. . . nutritum e secus pedes gamalielis qui erat doctor legis honorabilis. & moyses eruditus esse legitur. . . omni sapientia & doctrina aegyptiorum. . . Sicut uero hic sensus displicuerit quod diximus manasem uirum iudith legis decalogum siue rituum gentilitatis significare. potest eum altiore misterio ad christum qui est uerus sponsus ecclesiae transferre. . . Quia bene manases dici potest. qui obliuiscit nos facit & calamitatis pristinae per consolationem futuram uitae. . . hic ergo in diebus messis hordeariae hoc est in collectione plebis iudaeae.

cum mitteret & predicare apostolos suos euangelium & congregare manipulos credentium de terra israhelitarum. uenit autem super caput eius. quando exorta bant illi persecutionem causa diuinitatis eius caput uero christi est deus. . . Nam maxime scandalum in desione bant iudei. quod diceret & patrem suum esse deum. dicentes ad illum. de bono opere non lapidamus te sed de blasphemia. & quia homo cum sis facis te ipsum deum. et ad pilatum nos inquit. legem habemus. & secundum legem debemus mori. quia filium dei fecit. . . passus est ergo dominus ihesus in gentes sua & sepultus in ierusalimitano tertia die resurrexit a mortuis. ascendens in caelos sedit ad dexteram dei patris. inde uenturus iudicauerit uiuos & mortuos. . . Huius ergo sponsa postquam uelatus est ab ea sponsus ieiunio & abstinentiae operam dedit omnibus diebus uitae suae usque ad consummationem saeculi. seruans castitatem fidei nec ullo modo consentit erroribus hereticorum pollutum. . . Cum uero suus reliquerat diuitias multas spiritualis profecto sapientiae & omnium uirtutum.

familiamq; copiosissimam cum omni  
 um gentium ad eam congregauit.  
 multitudinem infinitam. possessiones quoque maris maris bouum  
 & gregibus ouium q; subdidit  
 ei non solum eos qui uales potuer  
 fieri magro dominico sed etiam  
 illos qui innocentiā meritis atque  
 oboedientiam adumpenderent de  
 uoto. haec in omnibus est fumosissi  
 ma quō ualde timet dñm cuius lau  
 des salomon iuxta finem prouerbio  
 rum suorum plenissime explicat ubi  
 inter cetera ita dicit. Mulier timent  
 dñm ipsa laudabitur. date ei de fructu  
 manuū suarum et laudent eam  
 in portis opera eius. Hinc et esaias ait  
 timor dñi ipse est thesaurus eius. Itaq;  
 cum audisset iudithi quō oziā promi  
 sisset quod transacto quinto die tra  
 deret ciuitatem reprobauit senten  
 tiam. iniustum iudicatis dñm misera  
 tionis suae tempus constituere.  
 cum ille solus p̄ omnibus nouit et  
 tempus et modum miserationis suae.  
 ac propterea non licet cuiq; peccant  
 pro aliqua re dñm postulare. sed ma  
 gis ad arbitrium eius cuncta referre.  
 sicut legitur quidam patrum in ora  
 tione tantum dixisse. fili dī sicut

uis. et sicut scis miserere mei. Unde  
 in libro danielis tres pueri nabu  
 chodonosor impiissimo regi qui illis  
 poenas inferre minabatur. Et dī  
 potentia blasphemauit ita legunt  
 respondisse. Non oportet nos de hac  
 re respondere tibi. Ecce enim dī n̄r  
 quem colimus. potest eripere nos  
 decemino ignis et de manibus tuis  
 o rex liberare. quod si noluerit. notū  
 sit tibi rex. qd eos tuos non colimus.  
 et statuam auream quam erexit  
 non adoramus. Nullomodo ergo  
 oportet xpianum cui celestis regni  
 patria promissa est. de presentis  
 uitae commodis nimium certare  
 ac dñm inordinate postulare.  
 qd dedit maiora ipse procurat  
 etiam et minora. De quo ipsa ueritas  
 in euangelio ait. Nolite ergo solliciti  
 ēē dicentes quid manducabimus  
 aut quid bibemus aut quo operiemur.  
 haec enim omnia gentes inquirunt.  
 scit enim pater uester qd in omnibus  
 indigetis. quaerite ergo primum  
 regnum dī et iusticia eius et omnia  
 haec adicientur uobis. hinc et apos  
 tolus ait. si autem in hac uita tantū  
 in xpo sperantes sumus miserabiles  
 sumus omnibus hominibus. Ergo

presens uita sit fidelibus xpi in  
 usu. futura autem instructi salu-  
 tis aeternae. Sit res temporalis  
 in itinere. desideretur aeterna  
 in peruentione. quasi <sup>lucere</sup> exaltare  
 respiciatur. quicquid in hoc mundo  
 agitur. Ante nos autem tendant  
 mentis oculi dum tota intentione  
 illa conspiciunt ad qua puenimus.

Et nunc frs quo uos quiescit pres-  
 biteri in populo di. ex uobis pender  
 anima illorum. ad eloquium  
 urm corda eorum erigite ut me-  
 mores sint quia temptati sunt  
 patres nostri ut probarentur  
 siue recolerent dm suum.

Memores esse debent quomodo  
 pater noster abraham tempta-  
 tus e et p multas tribulationes  
 probatus. di amicus effectus est.

Sic isaac. sic iacob. sic moyses.  
 et omnes qui placuerunt do. per  
 multas tribulationes transier  
 fideles. Illi autem qui tempta-  
 tiones non susceperunt cum ti-  
 more dni. Et impatientiam sua  
 et improperium murmurati-  
 onis suae contra dm protuler.  
 exterminati sunt ab extermina-  
 tore et a serpentib; perierunt.

Praeteritorum patrum fortia gesta  
 presentium sunt documenta sa-  
 lubria. Unde iudith. summos  
 patriarchas gentis israhelitarum.  
 hoc est abraham. isaac. et iacob.  
 et primum ducem eorum moysen  
 in exemplum fidei ac patientiae  
 narratione sua introduxit. et  
 contrario impios murmuratores  
 et querelosos in testimonium pusil-  
 lanimitatis et impatientiae exhi-  
 buit. ut ex bonis utile nobis ad-  
 imitandum uis uis sumamus  
 exemplum. et ex malis discamus  
 prauitatis suae deuitare opus  
 nefarium. ne forte exterminii  
 illorum patiamur tormentum.

Unde adhuc subditur. Et nos ergo  
 non uiscemur nos pro his que  
 patimur. sed reputantes peccatis  
 nostris. haec ipsa minora esse sup-  
 plicia. flagella dni quasi serui  
 qui corripimur ad emendatione  
 non ad perditionem nostram eue-  
 nisse credamus. Haec est enim  
 uia ueritatis ut in flagellis dni  
 humiliemus animas nostras et  
 patientiam habere fideamus.  
 reputantes peccatis nostris que  
 iustae patimur. immo etiam mi-

norem meritis nostris esse uindictam.   
 sed per bonitatem dei nobis ad sus-   
 ferendum temperatam credamus.   
**Q**ui uult omnes homines saluos esse.   
 et ad agnitionem ueritatis perue-   
 nire: misereatur omnium et nihil   
 odit eorum quae fecit dissimulans   
 peccata hominum propter peni-   
 tentiam et parcens illis propter   
 suam magnam misericordiam   
 quia ipse solus est dominus deus noster.   
**E**t dixerunt illi ozias et presbiteri.   
**O**mnia quae locuta es uera sunt. Et   
 non est in sermonibus tuis ulla rep-   
 hensionis. nunc ergo ora pro nobis quoniam   
 mulier sancta es et timeas dominum.   
**N**ulla reprehensio est in sermonibus iu-   
 dith. sed omnia uera sunt quae loquitur   
 quia omnia quae ecclesia catholica   
 in confessione uerae fidei seu in doctri-   
 na sanctae religionis profert laudabilia   
 sunt ualde et absque ulla reprehensi-   
 one. cuius merita et dignitatem cre-   
 dendum est singulos quosque fideles   
 apud dominum clementiam multum adiu-   
 uare: quod ita digne fit si unusquisque   
 curet ut sicut probauit uerum esse   
 quod ecclesia docet. Ita ac tribus imi-   
 temur quod ipsa honestis exemplis   
 persuadet. De quo et subditur.   
**E**t dixit illis iudith sicut quod lo-   
 qui potui deus esse cognoscitis. Ita   
 quod facere disposui probate si ex   
 deo est. et orate ut firmum faciat   
 consilium meum deus. Stabitis uos   
 ad portam nocte ista: et ego exeam   
 cum abramea. et orate ut sicut dixi   
 istis in diebus quinque respiciat dominus   
 populum suum israel. Commendat   
 iudith presbiteris portam quia   
 faceret dotibus christi ecclesiam sollicitam   
 castrorum dei commendat custodiam.   
 ut per uigili intentione ac solerti   
 cura parua orationum ea munire   
 et contra hostium insidias in laesa   
 seruare studeant.   
**Q**uibus abscedentibus iudith ingressa   
 est oratorium suum. Et induens   
 se cilicio posuit cinerem super caput   
 suum. Et prosterbens se domino clama-   
 bat ad dominum dicens. Domine deus patris   
 mei simeon. quid dedisti illi gladium   
 in defensione alienigenarum. qui ui-   
 latores exciterunt in conuincione   
 sua et denudauerunt femur   
 uirginis in confusionem israel. Quid   
 est quod post uerba quae ad presbi-   
 teros locuta est iudith petiit ad dominum   
 ingressa est oratorium suum. nisi   
 quod sollicitudo sanctorum post completum

foris predicationis obsequium.  
 introversus ad cordis sui redit se-  
 cretum. ut tibi expleat munda  
 conscientia pura orationis officium  
 iuxta illam sententiam salua-  
 toris quae in euangelio docuit dicens.  
 Tu autem cum oraueris intra incubi-  
 culum et clauso ostio ora patrem  
 tuum. et pater tuus qui uidet in  
 abscondito reddet tibi. Induit se  
 cilicio cum poenitentiam pro pec-  
 catis agit. Cinerem super caput  
 ponit cum fragilitatis suae memo-  
 riam in mente recondit. Proster-  
 nens se ad dominum clamat dum per  
 humilitatis affectum se  
 ad domino exaudi. **T**u sperat. quia  
 scriptum est. sacrificium deo spiritus  
 contribulatus cor contritum et  
 humiliatum deus non spernit. Et  
 bene in oratione commemorat actum  
 fratris meonis patriarchae quicum leui  
 fratre suo gladio ultionis uindicauit  
 stuprum sororis suae in alienige-  
 nis quia futurum erat quod holo-  
 fernis qui in iudith opus explere  
 uoluit libidinis gladio puniretur  
 diuini examinis. Respice castra  
 assyriorum nunc. sicut tunc cas-  
 tra uidere aegyptiorum dignatus

es. quando post seruos tuos armati  
 currebant. Confidentes in quadrigis  
 et in equitatu suo. et in multitudine  
 bellatorum sed aspexisti super castra  
 eorum et tenebrae fatigauerunt  
 eos tenuit pedes eorum abissus  
 et aquae operuerunt eos. sic fiant  
 et isti domine qui confidunt in multi-  
 tudine sua. et in curribus suis et  
 in scutis et in sagittis suis et lanceis  
 gloriantur. et nesciunt quia tu ipse  
 es deus noster. Sicut superius com-  
 parauit libidinosos luxoriosos. ita  
 et nunc tumidos superbos. Assyrios  
 enim in armis suis confidentes ae-  
 gyptiis dudum aduersus israheli-  
 tas preliantibus assimilauit. ut  
 ostenderet quia sicut ibi potentia  
 dei manifesta est in submersione  
 pharaonis et aegyptiorum. ita et  
 hic declarari possit in subuersione  
 holofernus et assyriorum quia idem  
 dominus eadem potentia eademque  
 iustitia tunc et nunc et per omnia  
 manet saecula. Fac domine ut gla-  
 dio proprio. eius superbia ampu-  
 tetur. Capiatur laqueo oculorum  
 suorum in me. Et percutes eum  
 labiis caritatis meae. Da mihi  
 in animo constantiam ut contentam

illam et uir tunc ut uer tam illum:  
 Erat enim memoriale nominis tui cum  
 manus feminae deiecerit eum.  
 Honenim in multitudine est uir tuus tua  
 dñe neque in equorum uiribus uolum  
 tas tua nec superbi ab initio placu  
 erunt tibi sed humilium et mansue  
 corum tibi semper placuit depra  
 tio. Videtur quibusdam minus in  
 tellegentibus quod predicationes scō  
 rum contra reprobos quae inscrip  
 turis aliquando commemorantur  
 quasi maledictiones sint: cum nullo  
 modo haec uerba ex uoto malitiae  
 quae in scōrum cordibus nequaquam  
 fieri potest sed ex spū prophetiae pro  
 cesserunt. quod enim spī scī presci  
 ebat eē iusto iudicio reprobis futurū  
 hoc pscōrum ora predixit faciendū;  
 Ut est illud in psalmis. Fiat mensa eorū  
 coram ipsis in laqueum et in retribu  
 tionem et in scandalum. Obscurent  
 oculi eorum ne uideant et dolor sum  
 illorum semper incurua. Et reliq.  
 Et paulus in epistola sua ita scripsit  
 dicens. Alexander aetarius mul  
 ta mihi mala ostendit reddet illi  
 dñs secundum opera sua. Qui et in  
 actib; apostolorum ad ananiam ponti  
 ficem os eius percutere

iubentem ait. Percutietis dñs paries  
 dealbate. Unde et uerba ista iudith  
 quib; dicitur capiatur laqueo oculorū  
 suorum in me et percuties eum ex labiis  
 caritatis meae non sunt maledictio  
 nes intellegendae sed deuenturis pro  
 comia prophetiae. hoc enim spī scī per  
 os scāe feminae uoluit pmonstrare  
 quod sciebat nefarium principem  
 nequitia sua promereri. Hec non  
 et illud etiam in mistico opere pre  
 sagare quod dominus hereticus siue  
 scismaticus seu etiam iudaeus uel  
 paganus qui ecclesiam xpī prauo  
 dogmate seu per uer sō exemplo  
 corrumpere uoluerit proprio sup  
 biae suo gladio caput uoluntatis ini  
 quae per sententia iusti iudicis  
 amputetur. Et inferni cruciatib;  
 subigendus poenas dolorum senti  
 et in aeternum. Factum est autē  
 iudith cum cessasset clamare addm  
 surrexit de loco quo iacuerat pro  
 strata dño. Vocauit que abram suā  
 et descendens in domum suam abstu  
 lit a se cilicium. Et exiit se uestib;  
 uiduitatis suae et lauit corpus suū.  
 et unxit se mitro optimo et disceri  
 minauit crinem capitis sui et im  
 posuit mitram super caput suum. Et

XII.

induit se uestimentis iucunditatis  
 suae. Induit que sandalia pedibus  
 suis. adsumpsit que dextraliola  
 et lilia et maures et anulos et om-  
 nibus ornamentis suis ornauit se.  
 Cui etiam dñs contulit splendorem.  
 quō omnis ista compositio non ex libi-  
 dine sed ex uirtute pendeat. Et  
 ideo dñs hanc nullam pulchritudi-  
 nem ampliauit. Quid est quod  
 iudith post peractam orationem  
 exiit se uestimentis lugubribus.  
 et induit se uestimentis iucundi-  
 tatis. nisi quod scā ecclesia licet  
 aliquando pro peccatis suis poeni-  
 tentiae gerat affectum. Tamen  
 spe remissionis et futuri premii  
 anxium satis exhilarat animum.  
 Lauat corpus suum cum actus cor-  
 poris sui poenitentiae lacrimis  
 mundat. Ungit semetipso optimo.  
 cum ipsa mortificatione carnis  
 caritatis ac ceterarum uirtutum  
 se replet odore. Discriminat cri-  
 men capitis sui cum solerti discre-  
 tione singulas cogitationes distin-  
 guit cordis. Imponit mitram ca-  
 piti. cum galeam salutis circumdat  
 menti. Induit pedes suos sandaliis  
 cum gressus operum suorum euan-

gelicis munit doctrinis. Assumit  
 dextraliola et lilia et maures et anu-  
 los. in dextraliolis spes futurorum  
 bonorum exprimitur. quae in dex-  
 tera dī scīs in futuro dantur. in liliis  
 castitas. in maureibus oboedientiae  
 deuotio. et in anulo signaculum fidei  
 designatur. His ergo omnibus or-  
 namentis sese scā ecclesia ornat. quia  
 omnium uirtutum decore se inlus-  
 trare certat. Cui etiam dñs con-  
 tulit splendorem gratiae suae.  
 quō omnis ista compositio non ex libi-  
 dine p̄sentis uitae sed ex uirtute pen-  
 deat futurae. Et ideo dñs hanc in  
 illa pulchritudinem ampliauit.  
 ut incomparabili decore omnium  
 oculis appareret. quia ualde iustum  
 est ut qui dilectionis dī perfectae  
 feruet amore omnium dignus ha-  
 beat honorē. Imposuit itaque  
 abrae suae ascopam uini et uas olei  
 et palenta et lapates et panes et case-  
 um et profecta est. Quid est quod  
 iudith ad agonem processura abrae  
 suae imposuit ad portandum ea  
 quae in uia fuerunt sibi necessaria.  
 nisi quod scā ecclesia in stadio istius  
 mundi certare contra hostem pro-  
 pe-  
 rans. quorundam carnaliū

ad usum suos presenti utitur ministe-  
 rio. qui si fideliter illud per egerint.  
 poterunt ad ueram libertatem p-  
 uenire. Ita ut coheredes et parti-  
 cipes futurae possessionis efficiantur.  
 sicut memorata abra in fine istius  
 libri libera a iudith domina  
 sua dimissa commemoratur. Saepe enim contingit ut qui in sci-  
 entia et moribus minus perfecti  
 sunt. et praesentium rerum amore  
 quodammodo inretiantur. sacra-  
 mentis ecclesiasticis communicent.  
 et de rebus suis spiritalibus magis  
 deseruiant solatiisque corpo-  
 ralibus illis obsequantur. Sed tam-  
 ad renuntiandum omnibus quae  
 possident et apostolicae perfectionis  
 normam tenendam non sunt ido-  
 nei. unde diues in euangelio se-  
 ptecepta dei custodisse redemptori  
 nostro respondit. sed tamen ad p-  
 fectionem tendere uenditis omnibus  
 rebus suis et datis pauperibus  
 eumque sequi iuxta eius monita  
 non consentiebat. Portat quidem  
 haec abra hoc est carnalium turba  
 tradente sibi secula ecclesia a scopam  
 uini et uas olei et polentam et pa-  
 nes cum sacramenta diuina in fru-

mento uino et oleo confecta corpus  
 uidelicet et sanguinem domini et eteris-  
 matis unctionem uenerabiliter  
 seruat. Portat et lapates et caseu  
 cum uirgorem fidei et pinguedine  
 caritatis in suo recondit pectore.  
 Lapates enim dicunt esse cibum ole-  
 ribus confectum. et caseus est. lac  
 coagulatum. quae utraque possunt  
 infide et dilectione cibum signifi-  
 care animarum. Sed haec omnia  
 abra ista ad suum libitum uertere  
 uel proprio arbitrio uti non per-  
 mittitur. quin potius ea ad usum  
 ac dispensationem dominae suae  
 seruari ordinatur. quia iustum  
 ualde est ut qui nondum perfecte  
 nouit moderamina uitae suae.  
 non subito rector fiat uitae aliene  
 sed magis ei subditus fiat qui uita  
 et doctrina regulam tenet iustitiae.  
 Factum est autem cum descenderet  
 montem circa ortum diei. occur-  
 rerunt ei exploratores asiriorum  
 et tenuerunt eam dicentes. Unde  
 uenis. Aut quo uadis. Quae  
 respondit. filia sum hebreorum.  
 Ideo ego fugi a facie eorum. quos futu-  
 rum agnouit quod dentur uobis  
 in depraedatione. pro eo quod contem-

nentes uos noluerunt ulro trade  
 re seipsos ut inuenirent miseri  
 cordiam in conspectu uestro.

Quisunt exploratores asirioru  
 nisi philosophi gentiliu et cu  
 riosi scrutatores humanarum  
 disciplinarum. Hi quasi iudith  
 nr̄am a iudeis transeuntem ad  
 gentes comprehendere nitentur  
 cum p̄dicatores euangelii relinquen  
 tes ob perfidiam iudaeos et ad gen  
 tium p̄dicationem properantes  
 suis dogmatibus uincere ac supe  
 rare conabantur. Quos ad tab  
 naculum holofernis ducebant.

Cum principibus gentium quasi  
 obnoxios tradebant. sed considera  
 ta sinceritate religionis eorum  
 protinus a uinculis absolutos in  
 domo principis hoc est subdomina  
 tione saecularium libere manere  
 pmiserunt. Unde in actibus  
 apostolorum legitur paulus apud  
 athenas commorans disputasse atq;  
 disserere. cum epicureis et stoicis  
 philosophis. Quem cum audirent  
 de ih̄u et resurrectione ipsius ad  
 nuntiasse. Ad p̄bensum eum ada  
 riopagum duxerunt dicentes.

Possumus scire quae sit haec noua

quae a te dicitur hoc trina. Noua  
 enim quaedam in fers auribus nr̄is.  
 uolumus ergo scire quidnam uelis  
 haec ee. Quibus cum manifestissima  
 oratione fidem di ex posuisset.  
 quidam ex eis intridebant eum.  
 quidam uero uiri adherentes ei  
 crediderunt. in quibus erat et dio  
 nysius ario pagita. et mulier nomi  
 ne thamaris et alii cum eis non  
 nulli. Post haec quoque egressus  
 ab athenis uenit corinthum ubi  
 apud aquilam et priscillam mo  
 ratus sceno factoria arte opera  
 batur et testificabatur omnibus  
 ad se uenientibus ih̄m x̄pm. Sic et  
 idem apostolus apud romanos in li  
 beta manens custodia predicabat  
 uerbum di cum omni fiducia et sus  
 cipiebat omnes qui ingrediebant  
 ad eum nemine prohibente.

Hinc et in historiis ecclesiasticis legit  
 quod ipsi principes gentium uisa  
 mansuetudine ac sobrietate fidelium  
 poenas ac uim eis in ferre compes  
 cuerint. Sicut tiberius cesar edic  
 to firmavit nequid aduersum  
 doctrinae x̄pi atque contrarium  
 moliretur accusatoribusq; x̄pia  
 norum mortem comminatus est.

Sic et claudius imperator licet iudaeos  
diuersis calamitatibus affligeret.  
tamen xpianos non laesit. Unde  
factum est quod ipso regnante petrus  
apostolus in urbe romana pdicando  
plurimos ad fidem xpi conuerteret;  
Sic et traianus licet primum xpiani  
nominis errore deceptus confesso  
res xpi persecutus sit: tamen plinii  
secundi relatu ammonitus et de  
xpianorum modestia instructus  
rescriptis lenioribus temperauit  
edictum. Similiter etheliscus  
adrianus p quadratum discipulum  
apostolorum et aristidem uirum athe  
niensem de xpiana religione instruc  
tus atque eruditus. precepit per  
epistolam ad minucium fundanum  
proconsulem asiae datam ut nemini  
liceret xpianum sine obiectu crimi  
nis aut probatione damnare.  
Idemque continuo pater patriae  
in senatu ultra morem maiorum  
appellatur. Et uxor eius augusta;  
Adrianus rem publicam iustissimis;  
Legibus ordinauit bellum contra sau  
romatas gessit et uicit. iudaeos sane  
perturbatione scelerum suorum  
exagitatos et palestinae prouincia  
quondam suam depopulantes ultima

caede per domit. ultus est. xpianos.  
quos ilico theba duce cursu adu  
sum romanos non ad sentarentur  
excruciabant. praecipitque necui  
iudaeo introeundi hierosolimam ee  
et licentia xpianis tantum ciuitate  
pmissa. quam ipse in optimum statu  
murorum exstructione reparauit  
etheliam uocari de pronomine suo  
precepit. **V**idens itaque iudith. **J**xiii.  
holofer nem sedentem in conopeo  
quod erat expurpura et auro et  
sinaragdo et lapidibus preciosis  
intextum et cum in faciem eius  
intendisset adorauit eum proster  
nens se super terram et eleuauer  
illam serui holofer nis iubente domino  
suo. Quod iudith adorat holofer ne  
non est pturbatio timoris sed con  
seruatio ordinis. quoties enim sci  
uiri terrenae potestati inpendunt  
honorem. non exultio adolationis  
sed ex iure dignitatis hoc faciunt.  
Unde princeps apostolorum in epistola  
sua docuit dicens. subditi igitur  
estote omni humanae creaturae  
propter dm. siue regi quasi pcellenti.  
siue ducibus tanquam ab eo missis  
ad uindictam male factorum laude  
uero bonorum. quia sic uoluntas di est

103.

Jxiii.

ut bene facientes obmutescere faciatis  
 imprudentium hominum ignorantia.  
 quasi liberi et non quasi uelamen ha-  
 bentes malitiae libertatem. sed sicut  
 serui dei omnes honorate. fraterni-  
 tatem diligite. deum timete regem  
 honorificate. hinc et paulus ait.  
 omnibus potestatibus sublimioribus  
 subditi estote non est enim potestas  
 nisi a deo. Quae autem sunt a deo ordi-  
 nata sunt. Itaque qui resistit potesta-  
 ti dei ordinationi resistit. qui autem  
 resistunt ipsi sibi damnationem ad-  
 quirunt. Nam principes non sunt  
 timori boni operis sed mali. uis autem  
 non timere potestatem bonum fac-  
 et habebis laudem ex illa. deus enim  
 minister est tibi in bono. si autem  
 malum feceris time. Non enim sine  
 causa gladium portat. deus enim mi-  
 nister est uindex in ira ei qui malum  
 agit. Ideo necessitate subditi estote  
 non solum propter iram sed et propter  
 conscientiam. Ideo enim et tributa  
 prestatis ministri enim dei sunt  
 in hoc ipsum seruientes. Et item  
 reddite inquit omnibus debitum.  
 cui tributum tributum. Cui uecti-  
 gal. uectigal. Cui honorem honorem.  
 cui timorem timorem. Unde helias

propheta in regum legitur adorasse  
 impiissimum regem achab non utiq;  
 pietate diuini cultus sed honoris  
 officio. hinc et supra memoratus  
 apostolus paulus in actibus aposto-  
 lorum coram agrippa rege et  
 festo praeside causam suam agens  
 mansueta uerba et auditorem  
 conciliantia protulit dicens ad agrip-  
 pam. De omnibus quibus accusor  
 a iudaeis rex agrippa aestimo  
 me beatum apud te cum sim defen-  
 surus me hodie maxime te scieme  
 omnia quae apud iudaeos sunt.  
 consuetudinis et quaeestionis propter  
 quod obsecro patienter me audias.  
 et ad festum se arguentem atque  
 ei dicentem. Insanis paulus multe  
 te litterae ad insaniam conuertunt.  
 respondit non insano inquit optima  
 feste sed ueritatis et sobrietatis  
 uerba loquor. Scit enim de his rex  
 ad quem et constanter loquor late-  
 re enim eum nihil horum arbi-  
 tror neque enim in angulo quicquam  
 horum gestum est. Credis agrippa  
 rex prophetis scio quia credis. Et cetera.  
 Similiter et uerba quae ad ipsam  
 holofernem de suo aduentu et de  
 iudaeorum futuro casu iudith

loquatur. Non sunt adolationis profana  
mendacia sed futurae prophetiae  
ueneranda misteria. Predixit enim  
quae homicidis et parricidatoribus  
legis dei agentibus et romanis prin-  
cipibus futura erant supplicia et  
quae uniuersae terrae ipsorum  
propter peccata eorum immineret  
subuersio. sic enim ait.

**H**ec hoc latet quod locutus est achior.  
nec illud ignoratur quod ei iusseris  
euenire. Constat enim dñm nrm  
sic peccatis offensum ut mandauerit  
pprophetas suos ad populum quod  
tradat eum pro peccatis suis. Et quō  
sciunt se offendisse dñm suum filii  
israhel. Tremor tuus sup ipsos est.  
Insuper etiam fames inuasit eos  
et ariditate aquae iam inter-  
mor tuos computantur. Deniq;  
hoc ordinant ut interficiant peco-  
ra sua. Et sanguinem eorum bibant.  
Et scia dñi sui quae pcepti dñi non con-  
tingi. In frumento uino et oleo haec  
cogitauerunt impendere. Et uolunt  
consumere quae nec manibus de-  
berent contingere. Ergo quō  
haec faciunt certum est quod in p-  
ditionem dabuntur. quod ego ancilla  
tua cognoscens fugi ab illis et misit

me dñs haec ipsa nuntiare tibi. Et retq;  
**S**criptum est enim in ecclesiastica  
historia quod instante tempore  
uastationis hierosolimorum apos-  
toli quidem ab illis prius fugati  
pennem locum dispersi pgerent  
in uirtute xpi. qui eis preceperat  
dicens. Cunctes baptizate omnes  
gentes in nomine patris et filii  
et sps scī. Ecclesia uero quae  
in hierosolimis fuerat congregata  
responsō adō accepto emigrare  
iubetur et transire ad opidum  
quoddam pellam nomine trans-  
iordanen quod oblati ex urbe  
scīs et iustis uiris. uindictae caelesti  
fieret locus. Tam de urbe sacrilega  
quam de populo impio p excidiū  
patriae euer sionemq. sumendae.  
quantis ergo malis gens tunc uniuersa  
maltata sit utque ipsa iudae terra  
bello fame igni aedibusq; uastata  
sit. quanta populorum milia pa-  
tres simul cum coniugibus ac par-  
uulis liberis absque numero et  
absque discretionē trucidati sunt.  
quae etiam diuersarum urbium  
obseditiones sedet ipsius magnifice  
et famosissimae ciuitatis hierusale.  
quanta uastitas et quanta fuerit

diuersorum mortuum strages.  
 quisue phaec singula bellorum  
 existerit modus. Et ut secundū  
 id quod prophetae predixerant  
 abhominatio desolationis in ipso  
 quondam dī famosissimo colloca  
 ta sit templo. utque ad ultimum  
 cuncta ignis populatus sit et flāma  
 consumpsit. Siqui plenius nosse  
 uult historias iosephi relegat.  
 Hos uero ex his ea tantum quae  
 ad explanationem suscepti ope  
 ris sufficiunt adsumemus. Et in  
 quibus refert quod ex omni iudaea  
 populi indie sollempni pasche. hie  
 rosolimam uelut exitiali quadam  
 manu cogente conuenerant. quos  
 tricenis centena milia hominum  
 dicit fuisse iusto scilicet dī iudi  
 cio. tempore hoc ultionis electo  
 ut qui indiebus pasche saluatorem  
 suum et salutare xpm dñi cruentis  
 manibus et sacrilegis uocibus uio  
 lauerant. In ipsis diebus uelut in  
 unum carcerem omnis multitudo  
 conclusa feralis poene exitium qd  
 merebatur exciperet. Narrat  
 quidem praeter haec idem histo  
 ricus in quinto historiarum suarū  
 libro quantam famam quantamq;

perniciem seditionis iudaeorum  
 gens ante quam urbis caperetur  
 ptulerat ita ut amiseris omnis  
 spes excluderetur salutis. Et inua  
 lescent acerbitas famis domos si  
 mul et familias gentemq; uastaret.  
 Nam cum in penetrabilibus strata  
 iacerent mulierum paruulorūq;  
 cadauera p plateas uero infelicū  
 senum corpora fame magisquā  
 aetate consumpta. luenes uero  
 atque omnis aetas robustior uelut  
 simulacra quaedam inanis et egres  
 sibus loci oberrabant corruentes  
 quocumque loco gressum subruisset  
 media. Sepelire autem cadauera  
 proximorum nec defunctorum  
 multitudo. nec uirium debilitas  
 pmittebat. simul et prosus unus  
 quisque uitae incertus. Denique  
 aliquanti supra eos quos sepeliebant  
 animas emisere. multi etiam dū  
 profecuntur funera priusquam  
 ad sepulchrum ueneretur effla  
 bant. Sed nec planctus ex more  
 defunctis exhibebatur aut lactus.  
 quia hoc sibi totum uindicauerat  
 famis. sed nec ariditas in aedia  
 humorem cuiquam reli querat  
 lacrimarum; Obsederant ciuitatē

profunda silentia et nox plena mor-  
tis cuncta contexerat: in quibus malis  
omnibus grauiore solis uigebant  
predones: qui ne sepulchra quidem  
diripere et spoliare cadauera inli-  
citurum ducebant: Non tam p̄dam  
petentes quam scelus in risione  
cumulant: et aciem gladiorum  
suorum in cadauerum obtruncati-  
one probantes;

Placuerunt autem omnia uerba  
haec coram holoserne et coram  
pueris eius: et mirabantur ad sapi-  
entiam eius et dicebant alter ad al-  
terum: Non est talis mulier sup-  
terram in aspectu in pulchritudine  
et in sensu uerborum: et dixit  
ad illam holoserne: Bene fecit  
d̄s qui misit te ante populum: ut  
des illum tu in manibus nostris  
et quō bona ē promissio tua: si fe-  
cerit hoc mihi d̄s tuus erit et  
meus d̄s. Et cetera;

Prima uia salutis fuit gentibus  
ministros uerbi d̄i ac p̄dicatores  
euangelii gratanter recipere  
et eorum dictis fidem prebere:  
sicque paulatim p̄ eorum doc-  
trinam ad agnitionem ueritatis  
peruenire: Unde d̄ns in euange-

lio discipulis suis p̄cepit dicens:  
in quacumque ciuitatem aut cas-  
tellum intraueritis: Interrogate  
quis in ea dignus sit: et ibi manete  
donec exeatis: Intran-  
tes autem in domum salutate  
eam dicentes: Pax huic domui:  
et si quidem fuerit domus digna:  
ueniet pax uestra ad uos reuer-  
tetur: Judith ergo nostra quia  
aditum deuotę susceptionis apud  
gentes inuenit: ad effectum suę  
uoluntatis peruenit: Unde bea-  
tus est qui non prauo animo: sed  
sincero cordis affectu legatum  
ueritatis suscipit: Quia qui per  
uersā intentione cum holoserne  
atque cum herode d̄m se querere  
fingit nequaquā ad uisū glorię  
conspectum letabundis se per-  
tingere gaudebit: sed sue iniqui-  
tatis condignas poenas in fine  
seluere dolebit. **Item.**

Tunc iussit eam introire ubi repo-  
siti erant thesauri: Et iussit illic  
manere eam: et confertur quid  
daretur illi de conuiuio suo:  
Cui respondit iudith dixit:  
Hunc non potero manducare ex  
his quę mihi precipis tribui:

s neueniat super me offensio. ex his  
 s autem quæ mihi detuli manduca  
 s bo cui holofernis ait. ; Si defece  
 s runt tibi ista quæ tecum detulisti  
 s quid faciemus tibi. et dixit  
 s iudith. uiuunt anima tua do  
 s mine meus. quonon expendet  
 s omnia hæc ancilla tua. donec  
 s faciat dñs in manu mea hæc quæ  
 s cogitauit. Et reliqua . ,

Quid est quod holofernis iudith  
 ibi manere precepit ubi sui thes  
 auri erant repositi. nisi quod prin  
 cipatus sæculi huius predicatorib;  
 euangelii apud eos plerumque  
 consentit habere locum. quoniam  
 habent intellegibilem et sane  
 fidei receptricem. Intentio eni  
 bone uoluntatis thesaurus p̄tio  
 sissimus est cordis ibi iudith  
 t̄pica manet quia sc̄a ecclesia  
 stabiliter permanet. Sed con  
 queritur holofernis iudith uic  
 tualia. quæ secum adportauit  
 deficere et quaerit si quomodo  
 possit sui conuiuii eam partici  
 pem efficere. Cum apud genti  
 lium principes aliquando dis  
 pectus et uilis eē uidetur cultus  
 religionis xp̄iane et exsecutores

eius student ad immunditiā idolo  
 rum seu ad inlecebras carnalium  
 uoluptatum p̄trahere. Sed illi  
 fido animo et spe certa promit  
 tunt sibi gratiam celeriter sub  
 uenire diuinam. insistent p̄tib;  
 tota nocte istius mundi et lacri  
 marum fonte se baptizant lauant  
 cum psalmista per singulas noctes  
 lectum cordis sui ac stratum cogi  
 tationum suarum piis fletib;  
 rigant. sicque triduo catholice  
 confessionis p̄fidem spem et cari  
 tatem orationem suam explen  
 tes. quarto tandem die hoc est  
 euangelii choruscante luce uicto  
 riam sibi de hoste p̄parant . ,

I psamque mortis ac tenebrarum  
 auctorem propria malicia cecatu  
 æterno reatu obnoxium dam  
 nant. et ita mater ecclesia inno  
 centes ab iniqua p̄secutione et in  
 iuste oppressionem gratia dñi oppi  
 tulante liberat. ac triumphum  
 de hoste nefando ad ciues suos  
 redigens gloriosissime secum  
 reportat . ,

Tunc introuit bagao ad iudith  
 et dixit. non uertatur bona pu  
 ella introire ad dñm meum ut

honorificetur ante faciem eius. et manducet cum eo et bibat unum in iocunditate. Cui respondit quae ego sum ut contra dicam domino meo: omne quod erit ante oculis eius bonum et optimum faciam. quicquid autem illi placuerit hoc mihi erit optimum in omnibus diebus vitae meae. Et surrexit et ornauit se uestimento suo. et ingressa est stetit ante faciem eius. Cor autem holofernis concussum est. erat enim ardens in concupiscentia eius. Quae bagao iudith per suadet ad illicitas pertinet uoluptates. quae autem iudith respondit boni animi ostendit uirtutes. Ille prouocat ad libidinis luxum ista separatum testatur ad caelestis imperii iussum. ornata se suis uestimentis. quia cultum exhibet uere pietatis. stetit ante faciem principis quia eum resurgere hortatur a ruina impietatis. sed uae illi qui bonarum rerum usum pessimum habere appetit. qui enim ad exemplum holofernis uirtutes spirituales ad carnales reflectere uult concupiscentias. putat ministerium mortis sibi

adquirat casum. hinc paulus ait: Deo autem gratias qui semper triumphat nos in christo ihesu et odorem notitiae suae manifestat per nos in omni loco. quia christi bonus odor sumus deo. in his qui salui fiunt. et his qui pereunt. aliis quidem odor mortis in mortem. aliis quidem odor uitae in uitam. Et dixit ad eam holofernis. bibe nunc et accumbe in iocunditate. Quo gratiam inuenisti coram me. et dixit iudith. Bibam domine quod magnificata est anima mea hodie per omnibus diebus meis. Et accepit et manducauit et bibit coram ipso ea quae parauerat illi ancilla eius. Nota quod iudith apud holofernem conuersans non inquinata est cibis. uel potu gentilium sed ea manducauit et bibit quae sibi parauerat ancilla eius. Quia ecclesia inter gentes habitans nullomodo polluitur idolatria aut superstitione gentilitatis. sed his utitur quae uictui suo iudicat esse condigna. quae deuotio fidelium pro obedientia et exercitium boni operis sibi preparat. De quo cibo ipsa ueritas in euangelio ait. Operamini cibum

non qui perit sed qui pmanet inuita  
aeternam. Et alibi discipulis ro  
gantibus eum ut manducaret.  
respondit. Ego cibum habeo  
manducare quem uos nescitis.  
meus enim cibus est ut faciam  
uoluntatem eius qui misit me.  
ut perficiam opus eius. xv.

**XXI**

**F**rant autem omnes fatigati aui  
no. eratque iudith sola in cubicu  
lo. porro holofernis iacebat in  
lecto nimia ebrietate sopitus.  
Uinum holofernis et satellitum  
eius illud erat a quo apostolus  
credentes conpescuit dicens. nolite  
inaebriari uino in quo est luxuria.  
Et in cantico de uero nomu de hui  
us cernodi uino scriptum est.  
Uua eorum uua fellis et botrus  
amaritudinis. furor draconum  
uinu eorum et furor aspidum  
insanabilis. hoc ergo uino de ebria  
tus hostis ecclesiae iacebat in  
lecto nefande securitatis qua se  
inpune posse peccare confidebat  
iuxta illud impius cum in pro  
fundum malorum uenerit con  
tem nit sed semetipsum fallebat  
quia ad pditionem ppetuam in  
prouidus tendebat.

Dixitque iudith puella sue ut fra  
ret foras ante cubiculum et obser  
uaret. fecitque iudith ante lectu  
orans cum lacrimis et labiorum  
motu in silentio dicens. confir  
mame dne ds isrl. Et respice  
in hac hora ad opera manuum  
meorum. ut sicut promisi sti hie  
rusalem ciuitatem tuam erigas.  
Et hoc quod credens pte posse fieri  
cogitauit perficiam. Et haec cum  
dixisset accessit ad columnam que  
erat ad caput lectuli eius et pagio  
nem eius quae in ea ligatus pende  
bat ex soluit. cumque euaginasset illud.  
adprehendit comam capitis eius  
et ait. Confir mame dne ds isrl.  
in hac hora et percussit bis in cer  
uicem eius et absceidit caput eius  
et abstulit conopeum eius a colum  
nis et euoluit corpus eius truncu.  
Columna quae erat ad caput lectuli  
holofernis significat duritiam  
prauis cordis quae errorem ge  
nuit male fide securitatis. gla  
dius qui in ea ligatus pende  
bat malicia est inique intentionis  
coma capitis elatio supbe mtis  
ceruix uero contumacia inique  
actionis et conopeum hoc est

rete muscarum insidias significat  
 dolose cogitationis. Commendat  
 ergo iudith nostra puella suae  
 ostiorum custodiam quia sc̄a ec  
 clesia unicuique fidelium catho  
 licae fidei precipit habere ob  
 seruantiam. Orat ipsa cum la  
 etimis quia supernum auxiliū  
 poscit intima deuotione cordis  
 accedit ad columnam et exsoluit  
 pugionem p̄ quem hostis nequissi  
 mi amputet caput. Cum denudata  
 malitia duri cordis absēdit ab  
 hoste occasionem proterue temp  
 tationis. aut fert et conopeum  
 quia fraudes eius tetigit quibus  
 simplices et incautos implicare  
 contendit. sicque truncum hos  
 tis cor p̄ds euoluit cum ipsum  
 inimicum ex omni parte infir  
 mum et debilem eē ostendit.  
 ut eo facilius bellatores xp̄i con  
 fidant hostem nequissimū se  
 uincere posse quo eum plenit̄  
 ediscunt fragilem et superabilem  
 fore. Et pusillum exiit  
 et tradidit caput holofernis an  
 cillae suae. Et iussit ut mitteret  
 illud imperam suam. et exierunt  
 duae secundam consuetudinem

suam quasi adorationem et transi  
 erunt et girantes uallem uener̄  
 ad portam ciuitatis. Et dixit iudith  
 a longe custodib; murorum. aperite  
 portas quō nobiscum est d̄s qui se  
 cit uirtutem inist. quid est  
 quod iudith ancillae suae tradi  
 dit caput holofernis ut mitteret  
 illud imperū suam nisi quod sc̄a  
 ecclesia auditoribus suis recor  
 dationem confecti belli non uult  
 labia cogitatione mentis sed sol  
 licite seruari in memoria cordis.  
 Ita enim de triumpho hostis quando  
 eum per diuinam gratiā in aliquo  
 superamus gaudere debemus  
 ut iterum eum contra nos bellū  
 disponere non diffidamus propt̄  
 quod dicit petrus apostolus sobrii  
 estote et uigilate quia aduersa  
 rius uester diabolus tamquam  
 leo rugiens circumit querens  
 quem deuoret. Cui resistite for  
 tes fide. hinc et paulus ait. non  
 quod iam acceperim aut iam per  
 fectus sim sequor autem sicut  
 p̄hendam in quo et conp̄hensus  
 sum a xp̄o ih̄u. fr̄s ego me non  
 arbitror conp̄hendisse adhuc.  
 unum autem quaequidem retro sunt

obliuiscens. Ad ea uero quae sunt  
 priora extendens me ad destina-  
 tum persequor ad brauium sup-  
 nae uocationis dñi in xpo ihu. qui  
 cumque ergo pfecti sumus hoc  
 sentiamus. et girantes inquit  
 uallem uenerunt ad portam  
 ciuitatis uallem ambulando gi-  
 rat qui humilitatem in omni  
 actu suo seruat. hic peruenit  
 ad portam ciuitatis quia ille per-  
 tingit ad introitum regni cae-  
 lestis. Unde ipse qui humilitatis  
 et obedienciae summe exemplar  
 nobis ad o factus est per quem  
 uitae aeternae habemus aditu  
 qui in euangelio ait. Ego sum osti-  
 um p me si quis introierit ingre-  
 ditur et egredietur et pasqua  
 inueniet. Ipse alibi ait. Uenite  
 ad me omnes qui laboratis et one-  
 rati estis et ego reficiam uos.  
 Tollite iugum meum sup uos et dis-  
 cite a me quia mitis sum et humi-  
 lis corde et inuenietis requiem  
 animabus uestris. Et dixit iudith  
 a longe custodibus murorum  
 aperite portas quonobiscum e-  
 st qui fecit uirtute in isrl. Cust-  
 odes murorum hoc est tutores

castrorum ecclesiae sunt docto-  
 res scī qui uerbo et exemplo atq;  
 etiam oratione assidua muniant  
 uitam credentium et ad aeterna  
 beatitudine illis preparant intro-  
 itum. de quibus p prophetam dicit.  
 sup muros tuos hierusalem con-  
 stitui custodes tota die et tota  
 nocte non tacebunt laudare nom-  
 dñi. possunt et angelice uirtu-  
 tes custodes murorum spirita-  
 lium intellegi quae nobis deputa-  
 te sunt ut nos suis solaciis contra  
 malignos spiritus defendant.  
 Clamat ergo iudith a longe custo-  
 dibus postulans sibi aperire por-  
 tas eo quod secum sit dñs sic et  
 ecclesia in peregrinatione istius  
 mundi et in uia p̄sentis uitae  
 constituta totis medullis cordis  
 clamans postulat ut p suffragia  
 scōrum sibi supne patriae pan-  
 datur introitus. Ut ibi nominis  
 sui expleat officium dicens cū  
 propheta. Aperite mihi portas  
 iustitiae et ingressus in eas con-  
 fitebor dño haec porta dñi  
 iusti intrabunt p eam. Et unde  
 hoc deposcat addit dicens quia  
 nobiscum est qui fecit uirtutem

in ist. ualde enim iustum est ut  
 quire unitum cum capite suo agnos  
 cit. de quo scriptum est. dñs uir  
 tutem populo suo dabit et bene  
 dicit populum suum in pace  
 cum eo ad caelestis regni apicem  
 ascendat quia sine eo nullomodo  
 illuc puenire potest. Unde ipsa  
 ueritas in euangelio ait. Nemo  
 ascendit in caelum nisi qui descen  
 dit de caelo filius hominis qui est  
 in caelo. Potest et hoc quod dicit  
 iudith custodibus murorum aperi  
 te portas deuotio cordis auditorū  
 suorum ab ea postulata intellegi.  
 hoc est ut pparent intentionem  
 cordis et accipienda ea quae sibi  
 dicuntur sicut saluator in euange  
 lio pparabolas docens turbas dixit.  
 qui habet aures audiendi audiat.  
 Et iohannis apostolus in apocalipsi  
 sua eandem sententiam sepius repe  
 tit dicens. qui habet aures audiendi  
 audiat. quid sps dicat ecclesiis.  
 merito ergo illa quae uirtutes dñi  
 quas fecit exponere uult audito  
 res deuotos querit quia scriptum  
 est. beatus qui causam suam loqui  
 tur in aurem audientis. XVI.  
**E**t factum est cum audissent uiri

uocem eius uocauerunt presbite  
 ros ciuitatis. Et cucurrerunt ad eam  
 omnes aminimo usque ad maximū.  
 quō sperauerunt eam iam non eē  
 uenturam. et accendentes lumina  
 ria congrauerunt circa eam  
 unuersi. Ad uocem iudith pres  
 biteri ciuitatis cum omni plebe  
 conueniunt quia ad doctrinā scāe  
 ecclesiae non solum minores sed  
 etiam maiores unuersi concur  
 runt ut eius salubria dicta audi  
 ant et pura intentione ad implenda  
 suscipiant. hoc est enim luminaria  
 accendere ad discendam ueritatē  
 cordis piam deuotionem pberē  
 et unuersas tenebras errorum  
 a se expellere. **I**lla autem as  
 cendens in eminentiori loco iussit  
 fieri silentiū. Cumque omnes  
 tacuissent dixit iudith. Laudate  
 dñm dñm nostrū qui non deseruit  
 sperantes in se. et in me ancilla  
 sua adimpleuit misericordiam  
 suam. quā promisit domui isrl.  
 et inter fecit in manu mea hostē  
 populi sui in hac nocte.  
**Q**uid est iudith in eminentiorem  
 locum ascendere nisi scām ecclesiā  
 ad superna et caelestia dogmata

sermonem conuertere ut illuc  
nostros animos sustollat et ad lau  
dandum dñi prouinuersis bene  
ficiis suis quae misericorditer  
uero inpendit isrl̄ torpentes  
prouocet cuius uirtus hostem anti  
quum interfecit in manu illius  
feminae. De qua ad callidum ser  
pentem in primordio dñs ait. Ecce  
dabo uobis potestatem calcandi  
sup serpentes et scorpiones et sup  
omnem uirtutem inimici.

Et proferens de pera caput holofer  
nis. ostendit illis dicens. Ecce caput  
holofernis principis militiae as  
siriotorum. Ecce conopeum illius  
in quo recumbebat inebrietate  
sua. ubi et p̄ manum feminae p  
cussit illum dñs noster. Uicit  
autē ipse dñs. quō custodiuit me  
angelus eius. Et hinc euntem  
et ibi commorantem. Et inde  
huc reuertentem. Et non permisit  
me ancillam suam dñs contami  
nari. sed sine pollutione peccati  
reuocauit me uobis. gaudentem  
in uictoria sua. in euasione mea  
et in liberatione ur̄a. Confiteam̄  
illi om̄s quō bonus. quō in saeculū  
misericordia eius.

Proferit iudith inconspectu populi  
caput holofernis. Et ostendit illis  
conopeum eius in quo recumbebat  
inebrietate sua. Cum sc̄a ecclesia  
mentem supbam antiqui hostis fide  
libus sermone lucido exponit. Et  
dolum illius in quo militia plenus  
confidebat illis aperte reuelat.  
ut sciant quantū p̄uersitatis ini  
micus eorum sit et quanta pietate  
omnipotentis d̄i sub dominio fide  
lium animarum superatus atq;  
redactus est quas in lesas ab omni  
fraude hostis et contaminatione  
erroris p̄tectio diuina custodit.  
ut his om̄ib; p̄fecte agnitis con  
ditori suo atq; redemptori pro  
hoc condignas gratias agant  
atque deuotas laudes incessantē  
referant. Hinc est quod pastor  
ecclesiae auditores suos ammonuit  
dicens. Sobrii estote et uigilate  
quia aduersarius uester diabolus  
tanquā leo rugiens circuit que  
rens quem deuoret. Cui resistite  
fortes fide. Hinc et paulus ait.  
Timeo ne sicut serpens seduxit  
euam astutia sua ita et sensus  
ur̄i corrūpantur aueritate quae  
ē in xp̄o ih̄u dño nr̄o. Et item.

95.  
Confortamini inquit in dño et in poten-  
tia uirtutis eius. Et induite uos ar-  
ma dñi ut possitis stare aduersus  
insidias diaboli. quia non est nobis  
conluctatio aduersus carnem et san-  
guinem sed aduersus principes  
et potestates. aduersus mundi  
rectores tenebrarum harum con-  
tra spiritalia nequitia in caelestibus.

Uniuersi autem adorantes dñm dix-  
erunt ad eam. benedixit te dñs  
in uirtute sua quia propter ad nihilum  
redigit inimicos nostros. Porro  
ozias princeps populi isrl̄ dixit  
ad eam. benedicta istud filia ad dñm  
excelsum omnibus mulieribus  
sup̄ terram. benedictus dñs qui cre-  
auit caelum et terram. qui te di-  
rexit in uulnera capitis principis  
inimicorum nostrorum quia  
hodie nomen tuum ita magni-  
ficauit. Ut non recedat laus tua  
de ore hominum.

Benedicta est ecclesia in uirtute dñi  
quia propter ipsum dñs contriuit potes-  
tatem diaboli et benedicta est  
illa omnibus mulieribus sup̄ terram.  
quia fidei eius confessio et diuini  
cultus uera relectio in toto orbe  
retinet palmam. Cuius laus non

recedat de ore hominum qui me-  
mores sunt eius studii et bonorum  
actuum eo quod pro dilectionem  
dñi et proximi quam maxime fer-  
uet non ueretur magnitudinem  
presentium tribulationum sed  
fide plena et spe firma ad ten-  
dit ad eminentiam caelestium  
promiorum ubi in futura uita con-  
sors erit gaudii et beatitudinis  
sanctorum angelorum.

**P**orro achior uocatus uenit et  
dixit. dñs isrl̄ cui tu testimonium  
dedisti quod dulciscatur se de inimi-  
cis suis. ipse caput omnium incre-  
dulorum incidit in hac nocte in  
manu mea. ut probes quia ita est  
ecce caput holofernis qui in con-  
temptu superbiae suae dñm israhel  
contempsit. Et tibi interitum mi-  
nabatur dicens. cum captus fuerit  
populus isrl̄ gladio perforare pro-  
cipiam latera tua. Uidens autem  
achior caput holofernis angusti-  
atus pro pauore. cecidit in faciem  
sup̄ terram et aestuauit anima eius.

Postea uero quam resumpto spiritu recre-  
atus est. prociidit ad pedes eius et  
adorauit eam. Et cetera.

**P**er achior ducem ammonitarum

ut supra diximus pagani siue here-  
tici designantur. quicum uiderint  
scam ecclesiam pfidei constantia  
hostium ac persecutorum suorum  
ferocitate superare nimio pauore  
concussi a contumacia elationis  
suae corruunt atque scam eccle-  
siam uenerari nimio terrore  
compelluntur. sicque cum sequacibus  
suis errorem suum relinquere  
atque fidelium numero se per cat-  
holicam confessionem et baptisma-  
tis pceptionem ad sociare festinant.  
Unde per salam dicitur. Uenient  
ad te curui filii eorum quate hu-  
miliauerunt et adorabunt uestigia  
pedum tuorum. omnes quidem tra-  
hebant tibi et uocabunt te ciuita-  
tem dni sion sci israhel.

**Jxviii** Dixit autem iudith ad omne populū.  
Audite me frs. suspendite caput  
hoc sup muros nostros. Et erit cum  
exierit sol. Accipiat unusquisque  
arma sua et exite cum impetu  
non ut descendatis deorsum sed qua-  
si impetum facientes. Tunc ex plo-  
ratoribus necesse erit ut fugiant ad  
principem suum excitandum ad  
pugnam. Cumque duces eorum  
cucurrerint ad tabnaculū holoser-

nis et inuenerint eum tunc in  
suo sanguine uoluntatum deciderit  
super eos timor. Cumque cognoueritis  
fugere illos. Ite post illos securi quo  
dn̄s conteret eos sub pedibus ur̄is. Et relq.  
Docet ecclesia materno affectu atque  
magisteriali auctoritate filios suos  
qualiter hostem spiritalem insequantur.  
scilicet ut cum exierit sol suspendant  
caput inimici sui sup muros suos  
hoc est cum serenitas diuinae placa-  
tionis et superni solacii illis resplen-  
duerit. mox contrita supbia hos-  
tis antiqui doctrina euangelica  
qua muniantur credentes omnibus  
pate faciant et induti armis cae-  
lestibus id est. scuto fidei lorica ius-  
titiae galea salutis gladio sp̄s quod  
est uerbum di. non segnititer sed for-  
titer inimicorum cuneum per-  
sequantur. At illi oboedientes uoci  
magistre p omnia sicut erant  
edocti ita faciunt. Unde exter-  
riti duces aduersi exercitus ad  
principem suum suscitandum ire  
coguntur cum primi persecutorum  
uidentes scam ecclesiae unanimi-  
tatem et fiduciam contra se erectam  
ad idola sua et falsa numina  
concurrunt ut eorum manumine

proteganur. sed cum ad eos confugerent  
 inuenient illos foeditate propriae  
 nequitiae esse spurcissimos nec eis aliquid  
 solacium conferre posse cum ipsi omni  
 uirtute atque robore sint destituti.  
 Unde fugae praesidio se saluari sperantes  
 relinquunt omnia cum quibus se tempo  
 raliter ceteris excellere posse cre  
 debant. Et per camporum uias et semitas  
 callium disperguntur. quia non est  
 uirtus neque consilium neque poten  
 tia apud eos qui contra dominum rebel  
 lare disponunt. sicut scriptum est.  
 Non est prudentia. non est sapientia.  
 non est consilium contra dominum. Et hie  
 remias. non effugiet inquit uelox  
 nec saluari se putat fortis. dies autem  
 domini exercituum sumet uindictam  
 de inimicis suis deuorabit gladius  
 et saturabitur et inebriabitur san  
 guine eorum. Videntes itaque  
 filii israhel fugientes illos. descenden  
 tes clangentesque tubis et uulantes  
 post ipsos. et quomodo assirii non adunati  
 infugam ibant praecipites. filii autem  
 israhel uno agmine persequentes debili  
 tabant omnes quos inuenire potuissent.  
 Fugientes aduersarios israhelites  
 persequuntur clangentes tubis et uul  
 lantes. quia praedicatores sancti non armis

car nalibus sed tuba euangelica hostium  
 fugant exercitum et uictoriam su  
 mere certant de inimicis suis.  
 Unde in libro iudicum gedeon contra  
 madianitas pugnaturus non hastam  
 clipeum aut gladium sed tubas  
 et lampades tulit. atque in eis fa  
 mosissimam uictoriam de hostibus  
 suis percipit. ut praefiguraret futuros  
 euangelii praedicores quibus conluctatio  
 non erat gerenda contra carnem  
 et sanguinem sed aduersus principes  
 et potestates istius saeculi aduersus  
 mundi rectores tenebrarum harum  
 contra spiritalia nequitiae incae  
 lestibus. uocem praedicationis et mira  
 culorum fulgore magis quam ar  
 morum conuassatione terrere  
 atque superare hostes uniuersos.  
 Et nota quod dicit assirios non adunatos  
 infugamisse praecipites. filios autem  
 israhel uno agmine eos persequentes.  
 quia paganorum et hereticorum  
 et omnium impiorum multiplices  
 sunt errores et uaria iniquitatum  
 deuia in quibus dispersi numquam se  
 coadunare in uia iustitiae possunt.  
 populus autem dei et ueri confessores  
 christi uno agmine hoc est. uno fidei  
 tenore ueritatis tramite pergunt

et certam uictoriā de persecutoribus  
 suis capiunt. Misitque ozias  
 nuntios per omnes ciuitates et regi-  
 ones isrl̄. Omnis itaque regio omnisque  
 uis electam iuuentutē misit ar-  
 mata post eos. et persecuti sunt eos  
 in ore gladii. quousque peruenērunt  
 ad extremitatē finium suarum.  
 Reliqui autē qui erant in bethulia  
 ingressi sunt castra assiriorum  
 et perdam quā fugientes assirii re-  
 liquerant abstulerunt. Et onustati  
 sunt ualde. Ozias qui inter pre-  
 tatur robur dñi nuntios per omnes  
 ciuitates et regiones isrl̄ mittit  
 exhortans eos uenire ad sequen-  
 dos hostes cum strenuitas sanctorum  
 predicatorum qui fide christi confor-  
 tati sunt per uerbum euangelii  
 omnis incitat contra hostes christiane  
 religionis ut recte credendo et  
 bene operando inimicorum studeant  
 perferre multitudine. Unde  
 omnis urbs et omnis regio electam  
 iuuentutē armatā misit post  
 eos. quia ad predicationem uerbi  
 dei ex singulis gentibus atque prouincis  
 perbat per sonae et uiribus animi inde-  
 fectae immilitia dñi ad conterendos  
 hostes eius conueniunt. quod preui

dens in spiritu propheta esaias ait. Ecce  
 isti de longe ueniunt et ecce illi  
 ab aquilone et mari et isti de terra  
 australi. Iudici caeli et exultet terra  
 iubilate montes laudem quia conso-  
 latus est dominus populum suum et paupe-  
 rum suorum miserabitur. Et bene-  
 dicitur quod persecuti sunt eos in ore  
 gladii usque ad extremitatem fi-  
 nium suorum. quia non cito miles  
 christi debet securus esse hoste intro  
 patriam manente sed toto nisu labo-  
 rare ut eum expellat de finibus  
 conuersationis suae cogitationis  
 scilicet uerborum et actuum ne forte  
 si alibi concedit illi habitationem  
 subito eum confundat ac comeret.  
 Cum autem pactum fuerit bellum tunc  
 de hoste iam securus reportabit  
 triumphum. Hi uero qui uicti  
 res reuersi sunt ad bethuliam omnia  
 quaeque erant illorum abstulerunt  
 secum. ita ut non esset numerus in  
 pecoribus iniumentis et uniuersis  
 mobilibus eorum. ut a minimo usque  
 ad magnum omnes diuites fierent  
 de predationibus eorum. Intueri oportet  
 quod diem eos qui infra ciuitatem  
 remanserant assiriorum abstu-  
 lisse perdam. eos uero qui uictores

decade hostium reuer si sunt pecorū  
 et iumentorum et uniuersorum mo  
 bilium tulisse multitudinē quia  
 licet impar labor sit militum xpi  
 una tam debet eē intentio et eadē  
 deuotio ut quicquid de hostiū iniqua  
 possēssione eripere possint adorna  
 tū et diuitias scāe ecclesiae conuer  
 tant. hoc ē aurum sapientiae  
 argentum eloquentiae gemmas mo  
 raliū ac uirtutum nec non et  
 homines carnali sensu deditos qui  
 captiuati erant idolatria et serui  
 tute uitiorum obnoxia quatenus  
 haec omnia quae supb. asseruit et  
 princeps mundi huius iniuste pos  
 sidebat pbellatores xpi referant  
 ad honestatē diuini cultus. **XVIII.**  
**I**oachim autē summus pontifex de  
 hierusalem uenit in bethuliam cū  
 uniuersis presbiteris suis ut uideret  
 iudith. quaecū exisset ad illum.  
 benedixerunt illam omēs una uoce  
 dicentes. tu gloria hierusalem.  
 tu laetitia isrl. tu honorificētia  
 populi nostri. quia fecisti uiriliter  
 et confortatum ē cor tuum alterū  
 nescieris. Ideo et manus dñi confor  
 tauit te. Et ideo **eris bene**  
**dicta in aeternum.** et dixit

omnis populus fiat fiat.  
 Quid proachim summū pontificem  
 de hierusalem. nisi redemptor n̄r  
 intellegitur qui factus adō nobis  
 pontifex in aeternū secundum  
 ordinem melchi sedech. p quem  
 habemus accessum ad patrem et  
 spem uitae aeternae. quod bene  
 nominis eius interptatio exprimere  
 uidetur. Interptatur enim ioachim  
 dñi resurrectio. Unde ipsa ueritas  
 in euangelio ait. Ego sum resur  
 rectio et uita qui credit in me non  
 morietur in aeternū. Hic ergo  
 pontifex uenit de hierusalem  
 in bethuliam cum decem caelis descendit  
 in uterū uirginis ex quo carnem  
 adsumens homo factus ē p nobis.  
 Unde elegit discipulos uos ipse fr̄s  
 suos in euangelio nominauit. qui  
 merito presbiteri ppter honoris  
 dignitatē et sapientiae pfectionē  
 nominantur ut uideret iudith  
 ut pbaret scilicet ecclesiae suae  
 fidem et confessionem. quaecum  
 exisset ad illū hoc ē deuotionem  
 m̄tis suae bona operatione osten  
 deret. benedixer̄ illam omēs una  
 uoce dicentes. Tu gloria hierusalē.  
 tu laetitia isrl. tu honorificētia

populi nostri. Benedicit ergo ecclesiam suam dominus cum ea gratiarum suarum ubertate replet et omnibus laudabilem esse demonstrat pro qua et ad patrem gratias agens in euangelio ait. Confiteor tibi pater domine caeli et terrae quia abscondisti haec a sapientibus et prudentibus et reuelasti ea paruulis. Hinc et psalome dicitur. Surrexerunt filii eius et beatissimam predicauerunt uir eius et laudauit eam. gloria ergo hierusalem est sancta ecclesia quia ad caelestem pertinet ciuitatem dei et ad societatem atque beatitudinem sanctorum angelorum. quae fecit uiriliter contra mundi confligens principatum contempnendo minas et persecutiones hostium castitatem amauit quia sinceritatem fidei conseruauit pro qua omnem multitudinem fidelium apostolus se caelesti regi disponasse gloriabatur dicens. Responsaui enim uos uni uiro uirginem castam exhibere christo. cuius thoro immaculatam ipsa se custodit nec hereticorum errori communicare ullomodo consentit sed benedictionem quam ad domino precepit incontaminatam perpetually seruare contendit.

Unde omnis populus ad benedictionem pontificis et presbiterorum respondit fiat fiat hoc est amen amen. quia maioribus siue minoribus filius matris ecclesiae ipsa sola in toto orbe predicabitur et condigna caelesti sponso ubique et semper laudabitur. Per dies autem triginta uix collecta sunt spolia assiriorum a populo israel. Isti dies triginta uniuersum tempus presentis uitae significauit quo populus dei pro fidem spem et caritatem diuina precepta seruando de hoste triumphans colligit spolia eius ac spiritalem assirium sua suppellectili uastando depredat. Cetero quia fiducialiter regem suum obsequendo uictor ubique et fortis existat in proelio. de quo scriptum est. Dominus fortis dominus potens in proelio. Et in euangelica parabola ipsa ueritas narrat. quod fortis cum armatus custodit atrium suum in pace sunt ea quae possidet. Si autem fortior illo superueniens uicerit eum uniuersa arma eius auferet inquit. confidebat. Et spolia eius distribu et. Hinc et in salomone de forte muliere predicatur quod confidat in ea cor uiri sui et spolis non indigeat. Quia accinxit

fortitudine lumbos suos et roborauit  
brachium suum. fortitudo et decor  
indumentum eius et ridebit indie  
nouissimo. Porro autem uniuersa  
quae holofernis peculiaris fuisse  
probata sunt dederunt iudith. in auro  
et argento et uestib; et gemmis et  
omni suppellectile et tradita sunt  
illi omnia a populo. Quid est  
quod dicit uniuersa quae peculiaris  
fuerunt holofernis populum dedisse  
iudith. nisi quod quicq; fidelium qui  
militiam christi gerunt quicquid ab  
hostium principatu uel propria  
tate rapiunt totum ad laudem et  
studium sanctae matris communiter  
deputant ecclesiae et ad ornatum  
eius spiritalem conferre festinant.  
ut ipsa in auro sapientiae fulgeat.  
In nitore eloquentiae resplendet.  
In gemmis pretiosis uirtutum radiat.  
et ornamentis uariarum discipli-  
narum induatur. Totum enim  
quod de bonis rebus possessor iniquus  
iniuste possidebat. hoc ipsa recte  
ad suum adtrahit decorem. Unde  
et in exodo populus dei ab aegypto  
recedens thesauris aegyptiorum  
onustus ualde incedebat. Atque  
ad culturam dei tabernaculi eius

constructionem in desertum secum  
asportabat. Sic et dauid rex acce-  
teri reges iusti subuerti testamento  
quae ab hostium manibus diuersis proe-  
luis eruebant ad ministerium templi  
dei domino consecrabant.  
Et omnes populi gaudebant cum mulieribus  
et uirginibus et iuuenibus in organis  
et citharis. Omnis populus dei  
decepta uictoria gaudet cum uniuersa  
membra christi in fine mundi detri-  
umpho antiqui hostis pleniter  
exultant. Tuncque in organis et citharis  
laudes dei resonant quando  
et uoce iubilationis et concordi  
modulatione perfectae uitae omni-  
potenti domino laudes perpetualiter  
decantant. Tunc et iudith nostra  
canticum nouum cantat domino.  
quando de corruptione uel lesione  
hostium nihil ultra ueretur.  
de quo consequenter scribitur. **XXX.**  
Tunc cantauit canticum hoc domino iudith  
dicens. Judith hoc est confitens et  
laudans. Tunc canticum cantat domino  
quando sancta ecclesia sponsa uideli-  
cet summi regis post pactum bellum  
praesentis uitae quo contra diabolum  
atque hostes spirituales confligebat  
per triumpho atque ereptione sua

dño grates condignas exsoluet  
 atque officii sui sine aliquo impedi  
 mto pleniter ipsi exhibet minis  
 terium nec aliquid ei tunc obertu  
 paterni nominis hoc ē merari  
 recordatio. quando iam nulla pris  
 tine amaritudinis remanebit  
 portio. sed tota in gaudii pfecti  
 magnitudinē uertitur tēpora  
 lis doloris afflictio. Cū iuxta  
 apocalipsin iohannis tabernacu  
 lum dī erit cū hominib; et habi  
 tabit cum eis. Et ipsi populus  
 eius erunt. Et ipse dī cū eis erit  
 eorum dī. Et absterget dī omne  
 lacrimā ab oculis eorū. et mors  
 ultra non erit neq; luctus neque  
 clamor neq; dolor erit ultra  
 quae prima abierunt. sed uide  
 amus quomodo canticū iudith  
 inchoet. Incipite dño in tri  
 panis cantate dño in cimbali  
 modulamini illi psalmū nouum.  
 exultate et inuocate nomen eius.  
 Tripanum quidē ēē dicunt  
 musicum instrumentum quasi duab;  
 motis solis capitib; conuenientib;  
 supra eas densi coru sonora resul  
 tatio quod musici disciplinabili  
 mensura pcutientes geminata

resonatione modulantur. Alii autē  
 dicunt. Tripanum ēē rem mini  
 mā eo quod in manu mulieris por  
 tare potest. sic scriptū est. in exodo  
 sumpsit aū maria pphetissa soror  
 aaron tripanum in manu sua  
 et fieri tubam cū uno fistulo inca  
 pite angusto p qd in spiratur  
 mystice significans minimā scien  
 tiā ēē legis ueteris in manu sīna  
 gogae iudaeorum. Antiquis tēpo  
 rib; quae modo p xpm dilata ē  
 in manib; scēe ecclesiae. Cimbala  
 uero sunt paruissimae fialae per  
 mixtis metallis cōpositae uentri  
 cula sua in laterib; habentes quae  
 artificiosa modulatione conlise  
 acutissimum sonum delectabili  
 consonatione restituunt. Et signi  
 ficant labiorum nostrorū motū  
 quae non in merito inter musica  
 instrumenta posita sunt. quia  
 et similitudo quae cōtā est cimbalo  
 rū et p ea uoces humanae armo  
 niā reddere suauissimā conpro  
 bantur. Armonia ē enim diuer  
 sarū rerum in unam conuenien  
 tiā redacta copulatio. quod et  
 in uoce humana constat accedere.  
 quando et tempora ipsa et syllabae

ad unam uocis concordiam producant.  
 Psalmus autem est ut maioribus tradit  
 organum musicum sicut cithara  
 pindariū. Aliaque uocibus nostris  
 dulcissima modulatione respon-  
 deant. quod saepe diximus ad actus  
 nostros prebatissimos pertinere. ac inde  
 intuendum nobis est. qualiter can-  
 tatrix nostra iubet nos domino laudes  
 canere. hoc est primum incipere  
 illi intrinsecus. deinde cantare  
 in citharis. sicque modulare ipsi  
 psalmum nouum. scilicet demon-  
 strans quod si uelimus deo canticum  
 nostrum placere. studeamus ei corde  
 et ore atque bona operatione conso-  
 nas laudes dicere. Ille enim incipit  
 domino intrinsecus qui legis domini precepta  
 assidue cordis sui meditatur secreto.  
 Ille ei cantat in cithara qui catholica  
 confessione cum canticis spiritualibus  
 labiorum decenti profert iubilo.  
 Ipse modulatur ei psalmum nouum  
 qui in nouitate uitae ambulans  
 pie cordis intentioni erectae  
 oris confessioni concinnū boni ope-  
 ris adiungit actum. Unde in psal-  
 terio scriptum est. Laudate dominum  
 quoniam bonus est. psalmus deo nostro  
 iocunda sit laudatio. Omnis opera

humana mercedem sibi postulat  
 debere retribui. ut quod laboriose  
 pagimus spe propositi muneris con-  
 solemur. in laudationibus uero domini  
 actus ipse habet premium suum.  
 quando ipsa erit retributio quae  
 nunc est exercitatio. Nam cum bonum  
 sit dominum predicare inde unusquisque  
 noscitur promissa dona recipere.  
 recipit plane quando in illa ange-  
 lica societate singulare fit munus  
 sanctorum perpetuum domini subire pre-  
 conium. laudemus ergo deuotione  
 qua possumus et hic illa beata dona  
 meditemur. quidem felicius  
 quam modo exercere quod te speras  
 in futura beatitudine posse per-  
 agere. Spe enim iam salui facti  
 sumus sed nondum apparuit  
 quid erimus. cum enim Christus appa-  
 ruerit uita nostra tunc et ipsi cum eo  
 apparebimus in gloria. Unde  
 et sequitur. Dominus conterens  
 bella dominus nomen est illi. qui posuit  
 castra sua in medio populi sui.  
 ut eriperet nos de manu omnium  
 inimicorum nostrorum. Redemp-  
 tor itaque noster de quo in psalmo  
 scriptum est. Dominus fortis dominus potens  
 in proelio. Ipse per sanguinem crucis

suae contriuit saeculiam diaboli  
 et mundum subiecit suaeditioni  
 qui resurgens a mortuis ad discipu-  
 los suos ait. data est mihi omnis potes-  
 tas in caelo et in terra. euntes do-  
 cete omnes gentes baptizantes eas  
 in nomine patris et filii et spiritus sancti.  
 docentes eas seruire omnia quae-  
 cumque mandavi uobis. Ecce  
 ego uobiscum sum omnibus diebus  
 usque ad consummationem saeculi.  
 Castra ergo sua in medio populi  
 posuit. cum ecclesiam suam in me-  
 dio nationum constituit. In qua  
 semper manens cotidie electos suos  
 de manibus inimicorum liberat.  
 sed in fine mundi perfectam libera-  
 tionem eis praestabit. quando ab-  
 sorbetur id quod mortale est  
 auita et ipsa nouissima destruet  
 mors. quando sancti fulgebunt sicut  
 sol in regno patris eorum. et inter-  
 ritum omnium hostium suorum  
 cum capite suo. ipsi uidentes ride-  
 bunt et dicent. Ecce homo qui in-  
 posuit dominum adiutorem sibi sed spe-  
 rauit in multitudine diuitiarum  
 suarum et perualuit in uanitate sua.  
 Ego autem sicut oliua fructifera in domo  
 domini speraui in misericordia eius

in aeternum et in saeculum saeculi.  
 confitebor illi in saeculum. > *id est*  
 Unde nunc replicans contumaciam  
 inimicorum suorum in carmine suo  
 subiunxit dicens. > *id est*  
 Venit assur ex montibus ab aquilone  
 in multitudine fortitudinis suae.  
 Cuius multitudo obdurauit torren-  
 tes. et equicorum cooperuerunt  
 ualles. dixit se incensurum fines  
 meos. et iuuenes meos occisuros  
 gladio infantes meos dare in praedam.  
 et uirgines in captiuitatem. dominus autem  
 omnipotens nocuit eum et tradidit eum  
 in manus feminae et effudit eum.  
 Assur quem esaias uirgam furoris dei  
 et baculum indignationis eius ap-  
 pellat. mystice significat diabolum  
 qui per ministros suos hoc est in mun-  
 dos spiritus uel homines paganos seu  
 iudaeos siue etiam hereticos ueni-  
 ens ex montibus id est de superbia sua  
 tractatibus. Et ab aquilone hoc est  
 ab infidelitatis frigore disposuit  
 bellum contra populum dei. cuius  
 militiae multitudo obdurauit  
 torrentes. Cum uarias temporalium  
 fidelibus excitauit persecutiones.  
 eiusque equi cooperuerunt ualles.  
 cum superbia electorum eius uinculis

captiuauerat humiles. cuius arrogan-  
 tia plausit sibi fines ecclesiae de uasia-  
 tarum et iuuenes eius hoc est robus-  
 tos quosque infide et bonis operibus  
 gladio persecutionis occisuras. Infan-  
 tes quippe de quibus scriptum est. Ex ore  
 infantium et lactantium profecisti lau-  
 dem. Accipere in seductionis perdam  
 et uirgines. hoc est castas et pudicas  
 animas abducturum in carcerem  
 uitiorum. sed licet ipse caeca stultitia  
 tanta sibi plausit. Non tamen secundum  
 uotum eius rerum ordo ei cessit.  
 sed mirabili consilio dei superbia eius des-  
 tructa est. Et ipse qui alibi ait. in  
 caelum ascendam super sidera dei exal-  
 tabo solum meum sededo in monte tes-  
 tamenti in lateribus aquilonis ascenda  
 super altitudinem nubium. ero similis  
 altissimo. Cecidit de caelo lucifer  
 qui mane oriebatur et corruit  
 in terram qui uulnerabat gentes. dominus  
 ergo omnipotens nocuit eum et tradidit  
 in manus feminae quae caput serpen-  
 tis contere in genesi olim descripta  
 est. Et confudit eum ligans uide-  
 licet ancillis suis. quae deuotum ser-  
 uitium humili animo semper conditori  
 suo exhibebant. Atque ita ipse qui per  
 superbiam sibi similitudinem dei pro-

miserat detractus ad inferos et in pro-  
 fundum lacus dimersus est. Id est ad  
 infernum ultimum. hoc enim sig-  
 nificat lacus profunditas pro quo in euan-  
 gelio tenebras exteriores legimus.  
 ubi est fletus et stridor dentium.  
 Non enim cecidit potens eorum uiue-  
 ribus nec filii titan percusserunt eum.  
 nec excelsi gigantes imposuerunt  
 se illi. sed iudith filia merari in specie  
 faciei suae dissoluit eum.  
 Non enim inmanitas persecutorum seae  
 ecclesiae uiuentibus hoc est ex robore  
 carnis superatur nec sagacitas humani  
 ingenii aut fortitudo imperii ter-  
 reni necem illis inferre potuit. sed  
 uirtus diuina per humilitatem ac simpli-  
 citatem fidelium suorum inimicam  
 cohortem superauit contriuit ac dissi-  
 pauit. species enim ac claritas om-  
 nium uirtutum quae lucebat in ser-  
 mone nostrae iudith. simul et opere causa  
 fuit hostibus maxime ruinae. quia  
 dum nesciunt bonum in alio reatum  
 caste diligere sed nequiter inuidere.  
 Unde potuerunt habere solacium inde  
 sibi perpetuum adquirunt tormentum.  
 Exiit enim se uestimenta uindictae  
 et induit se uestimenta laetitiae in  
 exultatione filiorum israel. unxit faciem

suam unguento colligauit circinnos  
 suos mitra ad decipiendum illum.  
 sandalia eius rapuerunt oculos et  
 pulchritudo eius captiuam fecit  
 animam eius. Amputauit pugione  
 ceruicem eius. Exiit se ecclesia  
 uestimēto uindictatis cū ueteris ho  
 minis actus p quib; meruit ad  
 deserui in aqua baptismatis abluit.  
 et noui hominis conuersationem  
 induit qui renouatur de die in die  
 secūdm imaginem eius qui creauit  
 eum particeps facta gaudii cae  
 lestis. Unde per isaiam de hac com  
 mutatione spiritalium indumen  
 torū ad hierusalem tipicam dicitur  
 confusio adulescentiae tuae obli  
 uisceris et obprobrium uindictatis  
 tuae non recordaberis amplius  
 quia dominabitur tui qui fecit te.  
 dñs exercituum nomen eius.

Unxit faciem suam unguento quan  
 do unctionē sacri chrisimatis ac  
 ceptit in uultu. ut iuxta psalmistā  
 exhilararet faciem suam in oleo.  
 colligauit circinnos suos mitra  
 cū fluctantes motus cogitationum  
 suarum diuino timore constri  
 xit ac spe firma coadunauit.  
 p quos conatus antiqui hostis cer

tissime delusit; sandalia eius rapuerunt  
 oculos eius. quia induimta pedum suo  
 rū quib; calciata fuit in pparatione  
 euangelii pacis. panxerunt oculos inimici  
 et pulchritudo uirtutū illius in po  
 tentē fecit animam eius. Unde ueni  
 quod superior facta p propriae nequitiae  
 pugione damnando iugulauit cer  
 uicem contumaciae eius.

Horruerunt p se constantiā eius et meli  
 audaciam eius. In p sīs qui inter p  
 tantur temptantes. et medici qui re  
 sonant metientes. exercitus diaboli  
 id est maligni possunt intellegi sps.  
 qui temptare ac decipere seruos dī  
 semp parati sunt. Inde legitur  
 in euangelio ad caput nostrū inde  
 seruo accessisse temptator quem  
 paulo post eadem scriptura appel  
 lat diabolum. Et doctor gentium  
 corinthis scribens ait. Ne temptat  
 uos satanas ppter incontinentiā  
 uram. Et alibi. ne temptat inquit  
 uos is qui temptat. horrent ergo  
 p si et medici spirituales. hoc ē phalanges  
 diaboli constantiā et audaciā eccle  
 siae. quia agnoscunt illi a xpō potes  
 tatem datam ēē calcandi supra  
 serpentes et scorpiones et sup omne  
 uirtutē inimici. Et quia fundata ē

supra pectam. nec por te inferi pre-  
ualebunt aduersus eam; hinc et pau-  
lus auditores suos ammonuit dicens;  
Resistite diabolo et fugiet a uobis.  
Nihil enim superbius et ferocius  
illo ē cum animi sui ostendere per-  
mittitur qualitatē; sed nihil eo  
infirmius quando p̄ seruos x̄pi  
diuina conterritur potestate; nota  
lector q̄d dicit. p̄sas ac medos hor-  
rōre constantiā eius et ululare  
assirios. et uide si forte uera opinio  
sit quā supra posuimus de cambise  
filio c̄ri. q̄d a plerisque iste nabo-  
chodonosor quē historia memorat  
ēē crederetur. quia p̄sas et medis  
atq; assirijs dominari demonstrat.  
Tunc ululauerunt castra assiriorū  
quando apparuerunt humiles  
mei arescentes insiti. Ululant  
castra assiriorum quid dirigentes  
inter p̄tantur. quando p̄secutores  
ēcclesiae quid disponebant bella  
aduersus fideles. p̄ humilitatem  
ipsorum qui p̄ abstinentiā morti-  
ficabant in se desideria carnis.  
et esuriunt atq; sitiunt iustitiam  
uincuntur. Filii puellarū conpun-  
xerunt eos. Et sicut pueros fugientes  
occiderunt eos. Filii puellarum

sunt filii ecclesiarum. x̄pi qui hos-  
tes suos ueluti pauidos et inhabi-  
les ad pugnandum. telis sacra-  
rum scripturarū pungunt. et fu-  
gientes gladio uerbi occidunt.  
cum ab audacia pugnandi eos de-  
ponunt; non enim electi quib;  
p̄ceptū est ut inimicos suos diligant.  
et p̄p̄ sequentib; se orient ar-  
mis corporalib; quēlibet inter-  
ficere gestiunt. sed spiritualib;.  
hoc ē sacris uirtutibus hostes suos  
p̄ diuinum adiutoriū superare  
contendunt. Unde certum eis  
semp̄ prestatur auxiliū. sicut  
in sequentib; n̄ra cantatrix dicendo  
demonstrat. Perierunt in proelio  
a facie d̄ni mei. D̄ns enim fortis  
d̄ns potens in proelio ipse dabit  
uirtutē et fortitudinē plebi suae  
et p̄tector salutarū x̄pi sui est.  
Populi uidelicet x̄piani. qui sunt  
membra unigeniti d̄i filii d̄ni. ui-  
delicet n̄ri ih̄u x̄pi qui ē sup̄ om̄ia  
d̄s benedictus in saecula.  
H̄mnum cantemus d̄no. h̄mnum  
nouum cantemus d̄o nostro.  
Bene ergo incitat m̄stica iudith po-  
pulum nouum sanguine saluatoris  
redemptū. ut caneret d̄no h̄mnum

nouum. hoc ē noui testamenti. p̄  
 dicit sacram̄tum; quod ideo dicit  
 nouum. quia incarnationē dñi  
 corporeis oculis actas antea nulla  
 conspexit. Alias dō nihil nouum ē  
 quando ante constitutionē mundi  
 uniuersa presciunt; Hymnus autē  
 grecus sermo ē. id est laus carmi  
 num. lege composita et quō h̄mni  
 erant. quos idolis suis etiam genti  
 litas p̄sonabat; addidit. dō nostro  
 ut qualem h̄mnum diceret dis  
 tincte potuissimus aduertere.  
 Adonai dñe magnus estu et p̄clarus  
 in uirtute tua et quē superare  
 nemo potest; Adonai ergo unum  
 est de decem nominib; dī apud ebre  
 os. et inter p̄tatur dñs. hoc signi  
 ficans quod dominetur cunctae  
 creature; ubi notandum quod ubi  
 cumq; secundo ponitur dñs dñs  
 ut in p̄senti loco et in ezechiele.  
 ubi secūm septuaginta editionem.  
 ad principem t̄rr̄i sermo dñi  
 loquitur dicens. Mortibus incir  
 cum cisorum morieris. in manib;  
 alienorum. quia ego locutus sum  
 dicit Adonai dñs; primū nomen  
 tetra grammatum ē. q̄t proprie  
 ad dñm p̄tinet et ineffabile dicitur

secūm commune q̄t saepe in hominib;  
 inuenitur. Et bene adonai dñs uni  
 genitus dī dicitur quia d̄s et homo.  
 dñs ergo et d̄s quod dominetur om  
 nib; uel q̄t timeatur a cunctis quem  
 nemo in uirtute superare potest.  
 sed potest p̄ humilitatem et subiecti  
 onem placare et ad misericordiam  
 flectere quia pius et misericors est  
 omnib; qui ad eius benignitatem  
 et clementiā confugiunt.  
 Tibi seruiat om̄is creatura tua quia  
 dixisti et facta sunt. misisti sp̄m tuū  
 et creata sunt. et non est qui resistat  
 uoci tuae; Nota q̄t sc̄m trinitatē  
 in hoc carmine haec im̄stria pre  
 dicat. hoc est dñm patrem qui dicto  
 suo. id est per uerbum suum om̄ia  
 fecit. et p̄ sp̄m suum cuncta creauit.  
 huiusmodi ē. et illud psalm̄ ist̄  
 quo ait. uerbo dī caeli firmatis  
 et sp̄u oris eius om̄is uirtus eorū.  
 Cuius uoci hoc est iussioni nullus  
 resistere potest. quia in uoluntate  
 eius uniuersa sunt posita cuius  
 uelle facere est. Montes a fun  
 damentis mouebuntur cū aquis.  
 Per montes sup̄bia demonstratur  
 p̄secutorum. qui a fundamentis mo  
 uentur cum aquis. quando ab iniquis

consiliis et seditioib; desistunt. non uoluntate tamen sed necessitate. quia id quod superbe coeperunt uicti potentia dñi ad effectum pducere n̄ possunt. de qua re aliam comparationē subdidit dicens.

Petrae sicut caera liquefcent ante faciem tuam. Hoc est duritia superborum. quae se insuperabilem fore credebat. in p̄sentia aduentus tui mollescens deficiet. Nam sicut cera ē ex fauis collecta tenera molliq; substantia. quae sic ignis calore resoluitur. ut ei corpulentia poenitus adsumatur. Ita quoq; iudicio dñi a facie ipsius dispereunt peccatores. quē admodum cera proximo igne consumitur. Et benedicit eos a facie dñi eē dissoluendos. quia numquā ad gratiā ipsius beneficiaque uenturi sunt. Contrario quid illis qui timeant dñm eueniat audiamus.

Qui timeant te inquit magni erunt apud te p̄ om̄ia. Sicut enim contempnentes dñm minorantur ac deficiunt. Ita timeantes illum magni erunt apud ipsum. p̄ om̄ia scilicet in conlatione uirtutū et in augmento p̄miorum. post haec redit iterum. morata p̄phetissa ad exponendas poenas hosti-

um suorum ac dicit. Ne genti insurgenti sup̄ genus meū dñs enim om̄ps uindicauit in eis. Genus suū dicit. ueros cultores dñi. de quo in psalmo scriptum ē. Haec ē generatio querentiū dñm requirentiū faciē dñi iacob. Contrario ē alia generatio. hoc ē. praua et p̄uersa. de qua dñs in euangelio ait. Ecce ego mitto ad uos p̄phetas. et sapientes. et scribas. Ex illis occidetis et crucifigetis. Et ex eis flagellabitis in synagogis uestris. Et p̄sequimini decuritate in ciuitatem. ut ueniat sup̄ uos om̄is sanguis iustus. qui effusus est. super terram. N. sanguine abel iusti. usq; ad sanguinē zachariae filii barachie. quem occidistis inter templum et altare. Amen dico uobis. uenient haec om̄ia sup̄ generationem istam. Huc ergo generationi uae erit p̄petuum. quia sine ullo fine aeter num illi manet tormentum. iusto iudice sibi recte retribuente quae illa antea malitiosae in proximos suos egerat. Unde subiungitur. In die iudicii uisitauit illos. Uisitauit utiq; illos non ut sup̄na cum sc̄is mercede coronet. sed ut cum diabolo et angelis eius p̄petuis poenis excruciet in inferno.

Dabit enim ignem et uermes in carnes  
 eorum ut urantur et sentiant usque  
 in sempiternum. Hinc uocem salato  
 riā dñs. p̄saiam p̄phetam adiutor  
 loquitur dicens. Nolite timere ob  
 p̄brium hominū et blasphemias  
 eorum nemetuatis. sicut enim uesti  
 mentū sic comedit eos uermis et sic  
 lanam sic deuorauit eos tinea.  
 salus autem mea in sempiternum  
 erit et iustitia mea in regenerati  
 one et generationem. Non solū enim  
 in carnes peccatorum tormenta  
 inferni redundant. sed et in ani  
 mas. quia utraque substantia digne  
 ibi punietur. quae hic paenitentia  
 peccatorum et bonorū operum fruc  
 tum agere neglexit. sed ideo in  
 carnibus dicit ignem et uermes  
 dari. quia fetor uermiū. de corrup  
 tione solet nasci carnis et sangui  
 nis. Ideoq; caro recens sale condit.  
 ut ex siccatō. umore sanguineo.  
 uermes creare nequeat. Caro ergo  
 et sanguis uermes creat. quia de  
 lectatio carnalis cui condimentum  
 continentiae resistit. poenam lux  
 oriosit generat aeternam. De quo  
 saluator in euangelio ait. Ubi uer  
 mes eorum non moritur et ignis

non exstinguitur. In uerme p̄t̄idi  
 nem gehennae. sicut in igne ardore  
 designat. siue uermē dicit seron.  
 scelerum paenitentia quae numquā  
 in tormentis conscientiam afflic  
 torum mordere cessabit. Ut ignis  
 sit poena extrinsecus faciens. uer  
 mis dolor interior accusans. **¶ XXI.**  
**¶** Et factum est post haec omnis populus  
 post uictoriam uenit adorare in hie  
 rusalem dñm. Et mox ut purificati  
 sunt obtulerunt om̄s holocausta et  
 uota et repromissiones suas.  
**¶** Et factū est inquit post haec id est  
 post necem holofernis. post hostium  
 fugam et interitum. post congra  
 tulationem ciuium cum iudith. de  
 diuino auxilio sibi conlato. et delibe  
 ratione sua et laudib; quas pro hoc  
 dño soluebant. uenit omnis populus  
 adorare in hierusalem dñm et pro  
 ferre ei ibidem holocausta uota  
 et repmissiones. quia ibi erat tem  
 plum dī et altare et sc̄ificatio pre  
 cipua. Mystice autē significat  
 q̄d unusquisq; electorum post pactum  
 bellam huius mundi. et uictoriam cer  
 tam. de hostib; purificatus ab omni  
 labe peccatorum. properat in sup̄nā  
 ciuitatē dī. ubi uera ē uisio pacis. ut

ibi offerat conditori suo pura uota  
 cordis placitam confessionem oris  
 et gratia holocausta dō. totius conū  
 sationis suae. quando illud quod in  
 apocalypsin descis scriptum est com  
 pletur. Absterget inquit dī omnē  
 lacrimam ab oculis eorum. tanta  
 illius ciuitatis et tam celsa dedi  
 munere claritas apparebit. ut nul  
 la remaneant uestigia uetustatis.  
 quandoquidem et corpora caelestis  
 incorruptio sublimabit et mentes  
 aeterni regis. pascet intuitus.  
 Et mors ultra non erit neq; luctus  
 neque clamor neq; dolor erit que  
 prima abierunt cum scā ciuitate  
 nouissimo iudicio glorificata do  
 lor luctus et mortalitas tantum  
 in gehenna remanebunt.

Porro iudith uniuersa uasa bellica  
 holofernis quae dedit ei populus.  
 et conopeum quod ipsa sustulerat  
 in anathema obliuionis. Subaudi  
 tur obtulit dō. quod ergo iudith  
 uniuersa uasa bellica holofernis  
 sibi data a populo consecrabat dño.  
 significat quod scā ecclesia illas  
 animas quas diabolus sua malitia  
 delusas in usum ministerii sui ad  
 opera scilicet impietatis subiectos

habuit. Ipsa p bonum studium ab  
 illius potestate eruens uasa accep  
 tabilia aqua et uerbo effecit dō.  
 iuxta illam parabolam euangelii  
 quae dñs ad iudaeos loquitur dicens.  
 Nemo potest uasa fortis ingressus  
 in domum diripere. nisi prius  
 fortem alliget et tunc domum  
 eius diripiet. Cum enim redemp  
 tor humani generis principem  
 huius mundi eiecit foras et alliga  
 uit fortem. Tunc accepit ecclesia  
 ipsius ab eo potestatem ut uasa  
 hostis diripiens conuerteret in  
 uasa pietatis. nec non et studium  
 quo nefandi seductoris fraudes  
 predicando detegebat. ipsū etiā  
 pro dono acceptabili offert regi  
 et creatori suo. Unde subiungit.  
 Et conopeum quod ipsa tulerat  
 in anathema obliuionis. Conopeū  
 ergo quod rete muscarum esse  
 dicitur dolisunt quibus in pru  
 dentes capiuntur. sed hos anathe  
 matizat et dampnat scā mater  
 ecclesia quia illos displicere dño  
 nouit innocentia autem placere  
 iuxta illud psalmi ste. Innocens  
 manibus et mundo corde qui non  
 accepit in uano animam suam

nec iurauit indolo proximo suo.  
 hic accipiet benedictionem ad dno  
 et misericordiam ad dno salutaris suo.

¶ **E**rat autem populus iocundus secundum  
 faciem scorum. Veraciter enim  
 populus dei tunc iocundus erit cum  
 puenit ad contemplationem  
 uultus conditoris sui nec non et  
 in hac peregrinatione iam in spe  
 futurorum bonorum quodam  
 modo iocundus et laetus est.

¶ **U**nde dicit apostolus. spe iam salui  
 facti sumus. Et iterum. spe inquit  
 gaudentes in tribulatione pati  
 entes. hinc et ipsa ueritas in euan  
 gelio discipulis ait. Cum uos per  
 secuti fuerint. Et dixerint omne  
 malum aduersum uos mentien  
 tes propter nomen meum. gau  
 deate et exultate quia merces  
 uestra copiosa est in caelis.

¶ **E**t per tres menses gaudium huius  
 uictoriae caelebratum est cum  
 iudith. Quid est per tres menses  
 gaudium huius uictoriae caele  
 brare cum iudith. nisi quemlibet  
 scorum fide spe et caritate in in  
 colatu istius mundi cum matre  
 ecclesia congratulari et pro uirib;  
 certare ut diuina gratia adiutus

integrum et sine querella spm  
 suum animam et corpus in aduen  
 tum dno nostri ihu xpi confer  
 uet. fides enim dno testante ho  
 minem saluum facit et despe  
 psalmista ait. quis sperat in dno  
 non confundetur in aeternum.

¶ **H**inc et iohannis apostolus de cari  
 tate dicit. qui manet in caritate  
 in dno manet et dsi in eo. pro tres menses  
 ergo huiusmodi gaudium caele  
 brat omnis qui ad aeternam beati  
 tudinem recte puenire desiderat  
 et pia intentione recta locutione  
 atque bona operatione uitam pre  
 sentem ducendo aduentum iudi  
 cis sui sollicitus exspectat. Cum  
 autem ille uenerit et tempus labo  
 ris istius transierit tunc fiet  
 quod sequitur.

¶ **P**ost dies autem illos unusquisque  
 redit in suam. Quia finito iudicio  
 accepta sententia scii di de peregrina  
 tione istius mundi migrabunt  
 ad possidendum regnum patris  
 aeterni quod paratum est illis ab ori  
 gine mundi.

¶ **E**t iudith magna facta est in bethulia  
 et preclarior erat uniuersae terrae  
 israhel. quia tunc apparebit

claritas et gloria sc̄ae ecclesiae quae  
antea latebat cum impressuris istius  
mundi uersabatur. Tunc enim iuxta  
euangelicum testimonium iusti ful  
geant sicut sol in regno patris eorū  
et puritas fidei per quam apostolus  
omnes rite credentes uirginem  
castam se dispondisse uni uiro x̄po  
gloriabatur. In uera bethulia hocē  
in uirginitate perpetua clarebit.  
quando sponsa nobilissima sup̄no  
sponso ueraciter coniuncta sine ma  
cula et sine ruga et sine corruptione  
ulla caelestem hierusalem intraue  
rit. preclarior ergo iudic erat uni  
uersae terrae isrl̄ quia sol ecclesia  
catholica eminet in toto orbe terra  
rum super nas diuitias querens  
thalamo caelestis regis dignissima  
et cum eo perpetuum regnum pos  
sessura. de qua ipse sponsus in cantico  
canticorum ait. sexaginta sunt  
reginae et octoginta concubinae.  
Una est columba mea perfecta mea  
una est. matri suae electa genetrici  
suae. Uiderunt enim filiae et bea  
tissimam predicauerunt reginae  
et concubinae laudauerunt eam.

¶ Erat etiam uirtuti castitatis adiuncta  
ita ut non cognosceret uirum omnib;

diebus uitae suae. Ex quo defunctus  
est manasses uir eius.

Castitas ergo ecclesiae admirabilis  
est et ualde laudabilis quae postquā  
pompaē diaboli et idolatriae abdi  
cauerat. Et iuxta apostoli sententiā.  
mundus sibi crucifixus est. Ipsaq;  
mundo nequaquam ultra passa est  
ad inlecebras carnalium uoluptatū  
atque pristinas sordes uitiorum  
relabi sed lauacro sacrae regenera  
tionis abluta atque renata quod  
reliquum est temporis infide  
uiuit filii dī. Cui per paulum dicit.

Eratis autem aliquando tenebrae  
nunc autem lux in dño ut filii lucis  
ambulate.

¶ Erat autem diebus festis procedens  
cum gloria. festa xp̄ianae religi  
onis sunt quibus recordatur tēpo  
ris dominicae incarnationis pas  
sionis resurrectionis atque ascen  
sionis ad caelos. Et aduentum sp̄s sc̄i.  
sc̄orumque martirum atque  
confessorum natalicia atque triū  
phos in quibus omnibus ecclesia  
procedit cum magna gloria. quia  
honestā conuersatione et probis  
moribus atque laudibus diuina  
in cessabiliter commemorat sacra m̄ta.

quod propheta nouo populo hoc est  
xpiano mandare uidetur in psal  
terio ubi scriptum est. Constitu  
te diem sollempnem in frequen  
tationibus usque ad cornu altaris.

Diem sollempnem dicitur quod honore  
dñi et scōrum confessione sacratus  
est. In frequentationibus id est  
processionibus crebris quas populi  
turba condensat. Et reddit caele  
berrima deuotione festiua. quod  
uero addidit usque ad cornu al  
taris. Prohibentur aliqui forsitan  
quod multis in usū est. audita euan  
gelii lectione discedere. Non enim  
ad cornu altaris accedunt. quicō  
municationis gratia non replentur.  
hoc de isto altare uisuali ut mihi  
uidetur competenter accipimus  
quo corpus et sanguis dñi sollempni  
nobis frequentatione largitur.  
illud uero altare est ante conspec  
tum dñi ubi purificatis animis  
per contemplationem ad scā iubemur  
accedere ut in hac actuali sollempni  
tate illud semper debeamus inspicere;

¶ Mansit autem in domo uiri sui annos  
centum quinque et dimisit abram  
suam liberam. Domum uiri pre  
sentem mundum possumus accipere

in quo subest tribulationum desu  
dat ecclesia quia postquam ab dica  
uit errori. Cui antea sub gentili  
conuersatione deseruiebat statim  
molestiae persecutionum ei adde  
uerunt. Ubi annos centum quinque  
manebat quia sub lege dī militans  
pro aeterna beatitudine ad ipis  
cenda decertabat. quinque ergo  
libri legis diuinae sunt in quibus  
unius dī cultura commendatur.  
Et omnium idolorum seruitus  
poenitus inter dicitur. Centum  
ergo quia de leua numerum trans  
fert in dexteram aeternā beatitu  
dinem ut diximus merito designat.  
Et dimisit abram suam liberam  
cum carnalium conuersationem  
quae timore semper obnoxia est  
in libertatem gratiae et securita  
tem caritatis docendo exhortan  
do atque bonis exemplis melio  
rando perducit. ut iam bona  
quae timore poenarum proparte  
gerebat in spe premiorum et amo  
re ipsius boni perfecte agere  
studeat. qui iohannis ait. Timor  
qui poenam habet non est in carita  
te sed perfecta caritas foras mit  
tit timorem. Unde timidi seruorū

et dilectione pleni liberorum assimi-  
lantur conditione.

¶ Defuncta est ac sepulta cum viro  
suo in bethulia.

Defunctam ac sepultam  
dicit ecclesiam ex parte  
membrorum eius quae ab initio pec-  
cati protoplasti parentis nostri  
usque ad finem mundi mortis cor-  
porae iura effugere non poterat.  
de quo per prophetam dicitur.  
quis est homo qui uiuit et non uide-  
bit mortem. moritur enim  
iuxta ecclesiasticis sententiam. sa-  
piens similiter ut insipiens et ad  
unum finem properant omnia.  
terra enim sepultura communis  
est bonorum ac malorum siue  
altiori sensu defuncta ac sepulta  
cum viro suo iudith. quando eccle-  
sia in baptisate conmoritur  
xpo ut resurgat cum ipso. Unde  
dicit apostolus. Consepulti enim  
sumus cum illo per baptismum  
in mortem. Ut quomodo resur-  
rexit xps a mortuis p gloriam  
patris. Ita et nos in nouitate  
uitae ambulemus.

¶ Luxitque illam omnis populus  
diebus septem. quid est quod omnis

populus luxit pro morte iudith  
diebus septem nisi quaelecta di  
per omne tempus presentis uitae  
quod per septenarium dierum  
numerum currit propter  
peregrinationem praesentis  
ecclesiae in dolore et gemitu  
se affligunt. donec aspiret dies  
et inclinentur umbrae. sed luctus  
iste non ex desperatione sed magis  
tedio presentium atque ex af-  
fectu futurorum quem assidue  
habent sci nascitur. Ex quorum  
persona propheta in psalmis lo-  
quitur dicens. super flumina  
babilonis illic sedimus et fleuimus  
dum recordaremur tui sion. Et  
item. sitiuit inquit anima mea  
ad dm uiuum quando ueniam et  
apparebo ante faciem di. fuer  
mihi lacrimae meae panes die  
ac nocte dum dicitur mihi coti-  
die ubi est ds tuus. Ergo ut dixi-  
mus plactus ecclesiastici sollemp-  
nes sunt non lugubres. Unde in  
euangelio legitur quod rachel  
ploraret filios suos et nollet con-  
solari quia non sunt. Curauerunt  
uiri timorati stephanum et fecer  
super eo plactum magnum. beati

qui lugent nunc quō ipsi consolabuntur. Contra. 10 autem uae illis qui nunc rident quō flebunt. flent ergo modo scīdī euntes et mittentes semina sua. Uerentes autem ueniunt in exultatione portantes manipulos suos;

1) In omni autem spatio uitae eius  
2) non fuit qui per turbaret isrl  
3) et post mortem eius multis.

Quomodo autem dicitur quod in spatio uitae iudith nullus per turbaret israhel cum tota humani generis uita temptatio sit super terram. sed forsitan declade hostium for insecus dicit. quod post acceptam per iudith uictoriam minus molesti fuerint ad tempus genti iudaeorum.

mysterium autem manifestum ē quod nullus electos dī qui sunt in presenti ecclesia nocere funditus possit id est usque ad animae interitum per tingere. Unde ipsa ueritas in euangelio ait. Omne quod dedit mihi pater ad me ueniet et eum qui uenit ad me noneiciam foras. Et item. qui uerbum meum inquit audit. Et credit ei qui memisit habet uitam aeternā.

Et in iudicium non uenit sed tran-  
siet a morte in uitam. hinc  
et apostolus ait. quos autem  
predicauit. hos et uocauit.  
Et quos uocauit. hos et iusti-  
ficauit. quos autem iusti-  
ficauit illos et glorificauit.  
fidei pro nobis quis contra nos.  
Cunctis ergo diebus quibus ecclesia  
in incolatu istius mundi peregrina-  
natur electi filii eius sub umbra  
alarum dī usque ad finem uitae  
proteguntur in lesi. Et si in hoc  
tempore doloribus et angustiis  
plenissimo sine damno salutis  
suae conseruantur. quanto magis  
post finem istius uitae sine om-  
ni angustia gemitu et periculo  
custodiuntur. Ubi dolor uel ge-  
mitus amplius iam non erit  
ullus. Et hoc est quod dicitur. post  
mortem eius annis multis. quia  
post obitum praesentis uitae in  
saeculum saeculi anni eius sunt  
quibus cum xpo feliciter uiuit  
et regnat in aeternum.

Dies autem uictoriae huius festiui-  
tatis ab ebreis in numero dierum  
scōrum accipitur. et colitur a iudeis  
ex illo tempore usque in presentē diē.



Merito igitur festiuitas huius uictorie  
 ab ebreis hoc est transitoribus in  
 numero dierum sc̄orum accipitur  
 et colitur a iudeis hoc est confesso  
 ribus ex illo tempore usque in p̄  
 sentem diem. q̄ omnes qui in uia  
 istius uitae positi transire cupiunt  
 ad regnum caeleste. Et confitentur  
 d̄no misericordias eius et mirabi  
 lia eius super filios hominum.  
 nullomodo obliuisci poterunt sol  
 lemnitatis istius sed in numero  
 dierum sc̄orum accipiunt illam  
 quando hanc solam in gaudio uni  
 uersarum sollempnitatum suarū  
 celebrant. Ex eo scilicet tempore  
 quo primum per baptismum  
 de inimici euaserunt potestate  
 usque in presentem diem. Idest do  
 neq̄ presens saeculum finiatur.  
 Cum autem futura uenerit uita  
 tunc iam festiuitas stabilis erit  
 atque perfecta quando uidebitur  
 d̄s deorum in sion et sc̄i eius regna  
 bunt cum eo in saecula saeculorum  
 Amen

EXPLICIT EXPOSITIO

HRABANI MAURI IN LIBRUM I  
 = UTI =